Quila hęc quę dicit Ganimedē rapuisse & amanti Ioui tradidisse. hanc etiam Iupiter primus ex auiū genere delegisse sibi existimat: quę sola tradita est memorię: cōtra solis oriētis radios contēdere ualere. Itaq; sup aquariū uolare uidet. Hūc enī cōplures Ganymedē esse finxerūt. Nōnulli etiā dixerunt Meropē quendā fuisse: qui Coam insulā tenuerit regno: & a filię nomie Coon: & hoies ipsos a se: meropas appellaret. Hūc autē habuisse uxorē: noie Ethemeā genere Nympharū pcreatā: quę cū desierit colere. Dianā ab ea sagittis figi cępit. Tandē a pserpina uiuam ad inferos arreptā esse. Meropen aūt desiderio uxoris per motū: mortē sibi cōsciscere uoluisse. Iunonē autē misertā ei⁹: in Aquilā corp⁹ ei⁹ cōuertisse: & inter sidera cōstituisse: ne si hoīs effigie eū collocaret: nihilomin⁹ memoriā tenens: cōiugis desiderio moueret. Aglosthenes aūt qui naxica scripsit: ait Iouē Cretę surreptū. naxū delatū. & ibi esse nutritū. q postq; peruenerit ad uirilē ętatē & uoluerit bello lacescere titanas. sacrificanti ei aquilā auspicatā. quo auspicio usum esse. & eā inter astra collocasse. Nōnulli etiā dixerūt Mercuriū. alii aūt Anapladem pulchritudine ueneris ductū in amorē incidisse: & cū ei copia nō fieret animū ut cōtumelia accepta defecisse. Iouē autē misertum ei⁹. Cum Venus Acheloo flumine corpus ablueret misisse aquilā quę sociū ei⁹ in amitenea ęgyptiorū delatū Mercurio traderet: quē psequens Venus ad cupientem sui peruenit: qui copia facta p bnficio aquilam in mūdo collocauit.


Elphin. Hic qua de causa sit inter astra collocatus Eratosthenes ita cū ceteris dicit. Neptunū quo tpe uoluerit Amphitricē ducere uxorē: & illa cupiēs seruare uirginitatē. fugerit ad atlanta. cōplures eo quesitū dimisisse. In his & delphina quendā noie qui peruagatus insulas: aliquando ad uirginē peruenit eiq; psuasit ut nuberet Neptuno: & ipse nuptias eorū admistrauit. Pro quo

facto: inter sidera delphini effigiẽ collocauit. Et hoc amplius: q̃
Neptuno simulachrũ faciũt: delphinũ aut ĩ manu: aut sub pede
ei⁹ cõstituere: uidẽ: Neptuno gratissimũ esse arbitrãt. Aglo/
asthenes aũt q naxica cõscripsit Tyrrhenos ait fuisse quosdã na
uicularios: q liberũ patrẽ: puerũ receptũ: ut naxũ cũ socis suis co
mitib⁹ transuectũ: redderẽt nutricib⁹ nymphis: a quib⁹ cũ nutri
tũ. & nostri: in ꝓgeniẽ deorũ & cõplures greci dixerunt. Sed ut
ad ꝓpositũ reuertamur. nauicularii spe prede ĩducti nauẽ auer/
tere uoluerũt: qd liber suspicat⁹: comites suos iubet symphonia
canere: quo sonitu inaudito Tyrrheni cũ usq; eo delectarẽt: ut
etiã in saltationib⁹ essent occupati: cupiditate se ĩ mari inscii ꝓ/
iecerũt: & ibi delphini sũt facti: quorũ cogitationẽ cũ Liber me
morie hominũ tradere uoluisset: uni⁹ effigiẽ inter sidera collo/
cauit. Alii aũt dicũt: hũc esse delphina: q Ariona cytharedũ.
ex siculo mari thenariũ trãsuexit: q cũ ceteros artificio p̃staret
& circũ insulas questus causa uagaret: seruuli ei⁹ arbitrati: plus ĩ
pfidiosa libertate cõmodi q̃ ĩ placida seruitute esse: cogitare ce
perũt ut dño in pelag⁹ ꝓiecto: bona ei⁹ inter se ptirent: q cũ co/
gitationẽ eoꝝ sensisset: petiit nõ ut dñs a seruis: sed ut innocẽs
ab ĩprobis: ut parens a filiis: ut se liceret ornatũ: qua sepe fuerat
ueste: qm̃ nemo esset ali⁹ ut ipse q suũ questũ ꝓsequeret euentũ.
Qd cũ ĩpetrasset: cythara sũpta: suã cepit deflere mortẽ: quo so/
nitu ducti delphines: e toto mari ꝓnatãt ad Ariõis cantũ. Itaq;
deorũ ĩmortaliũ ptãte ĩuocata. sup eos se deiecit: quorum unus
Ariona exceptũ ptulit ad thenariũ litt⁹. In cui⁹ memorie causa:
que ibi statua ẽ Arionis ĩ ea delphini simulachrũ affixũ uidet.
Pro qua re inter sidera ab antiqs astrologis ẽ figuratũ. Serui aũt
q p se putarãt seruitute elapsos tẽpestate thenariũ pducti a dño
cõprehensi nõ mediocri supplicio sũt affecti.


Quus. Hũc Aratus & alii cõplures: Pegasum Ne/
ptuni & Meduse Gorgonis filiũ dixerunt: q ĩ he/
licone: boetie monte: ungula saxũ feriens: fontẽ

aperuit: q̃ ex ei⁹noie Hypocrine ē dictus. Alii dicũt quo tp̄e Bellorophontes ad Proethũ abantis filiũ argiuoꝝ regē deuenerit: Anciā cõiugē regis: hospitis amore inductā: petisse ab eo: uti sibi copiā faceret: ꝓmittens ei cõiugis regnũ. quę cũ impetrare non potuisset: uerita ne se ad regem criminaret᷑: occupat cũ sibi uim afferre uoluisse. Proetho dicit: q ꝙ eũ dilexerat: noluit ipse suppliciũ sumere: sed qđ ęquũ esse sciebat: mittit eũ ad Iebatē Ancię reginę patrē: quē alii thenobeiā dixerũt: ut ille filię pudiciciā defendēs Bellorophontē obiiceret Chimerę: quę eo tp̄e lyciorũ agros uastabat flāma: unde uictor ꝓfugiens post fontis inuentionē: cũ ad cęlũ cõtenderet euolare: neq; longe iā abesset despiciēs ad terrā: timore p̱motus decidit: ibiq; pisse dicit᷑. Equus aũt subuolasse inter sidera ab Ioue cõstitut⁹ existimatur. Alii nõ criminatũ ab Ancia: sed ne sępi⁹ audiret: qđ nollet: aut p̃cib⁹ eius moueret᷑: ꝓfugisse argis dixerunt. Euripedes aũt in melācippa tp̄e hippēdironis centauri: filiā theanthea appellatā dicit. quę cũ aleret᷑ in mõte Pelio: & studiũ in uenando maximũ haberet: quodā tp̄e ab eo loco hellenis filio: Iouis nepote p̱suasā cõcepisse: cũq; iā p̱tus appropinquaret. ꝓfugisse in siluā: ne p̄ri cũ uirginē speraret nepotē ꝑceasse uideret᷑. Itaq; cũ parēs eā p̱sequeret᷑: dicit᷑ periisse a deorũ ptāte: ne pariēs a parēte cõspiceret᷑: quę deorũ uolũtate postq̃ pepit in equā cõuersa ī astra ē cõstituta. Nõnulli eā uatē dixerũt esse: sed qđ deorũ cõsilia hoīb⁹ sit enũciare solita: in equā esse cõuersā. Callimach⁹ aũt ait: ꝙ desierit uenari: & colere dianā: in quā speciē supra diximus: eā dianā cõuertisse. Hec dicit᷑ etiā hac re nõ esse ī cõspectu Centauri: quē Chirona esse nõnulli dixerũt & etiā dimidiā apparere. quod noluerit sciri se feminā esse.




Eltoton. Hoc sidus uelut lrā ē gręca ī triāgulo posita. itaq; appellat᷑: qđ Mercuri⁹ supra caput Ariet[illegible] statuisse existimat᷑: iõ ut obscuritas Arietis huius splendore: quo loco esset significaret᷑ & Iouis noie

grçce Διος primã litterã deformaret. Nõnulli ęgypti positionẽ. Alii qua Nilus terminaret ęthiopiã esse & ęgyptũ dixerũt. Alii Siciliã figuratã putauerũt. Alii ꝙ orbẽ terrarũ supiores triphariã diuiserũt. tres angulos esse cõstitutos dixerũt:



Ries. Hic existimat esse qui phryxũ trãstulisse & Hellen. dictus est. p hellespontũ: quẽ Hesiodus & pherecides ait habuisse aureã pellẽ de q̃ alibi plura dicem⁹. Sed hellen decidisse ĩ hellespontũ & a Neptuno cõpressã Peona ꝓcreasse: cõplures. Nõnulli Edonũ dixerũt. Pręterea phryxũ incolumẽ ad Oetã puenisse & Arietẽ Ioui ĩmolasse. Pellẽ ĩ tẽplo fixisse & Arietis ipsi⁹ effigiẽ ab Ioue inter sidera cõstitutã: hr̃e tẽpus ãni quo frumentum serit: & iõ ꝙ ortũ seuerit ante: quę maxime fugę fuit causa. Et erasthetenes ait arietẽ ipsũ sibi pellẽ aureã detraxisse & phryxo mẽorię causa dedisse: ipsũ ad sidera puenisse: quare ut supra dixim⁹ obscuri⁹ uideat. Hũc autem nõnulli dixerũt ĩ oppido horcomenio qđ ẽ in boetia natũ. Alii ĩ saloꝶ thessalię finib⁹ ꝓcreatũ. Alii dicũt Cretea & athamantẽ cũ aliis plurib⁹ ęoli filios fuisse. Nõnulli etiã Athamãtis filiũ Salomonẽ eẽ: ęoli nepotẽ eẽ dixerũt. Cretea aũt habuisse demodicẽ uxorẽ quã alii biadicẽ dixerũt. Hãc aũt phryxi Athamãtis filii corpe inductã in amorẽ incidisse. neq; ab eo ut sibi copiã faceret ĩpetrare potuisse. Itaq; necessario coactã criminari eũ ad Cretea cępisse quę diceret ab eo uim sibi pene allatã. & hoꝶ silia mulierũ cõsuetudĩe dixisse. Quo facto Cretea ut uxoris amãtẽ pmotũ athamãti ut de eo suppliciũ sumeret psuasisse. Nubẽ aũt interuenisse & ereptũ phryxũ & hellẽ ei⁹ sororẽ ĩ ariete posuisse & p hellespõtũ q̃ lõgissime posset pfugere iussisse: hellen decidisse: & ibi debitũ nature r̃ddidisse. Ex hui⁹ noĩe hellespõtũ appellatũ. Phryxũ Colchos puenisse: & ut añ dixim⁹ arietis interfecti pellẽ ĩ templo fixisse. Ipsũ aũt a Mercurio ad Athamantẽ reductũ q̃ patri eius satisfecerit: eũ innocẽtia confusum ꝓfugisse. Hermispus

autē dicit quo tpe Liber affricā oppugnauerit deuenisse cū ex/
excitu in eū locū: qui ꝓpter multitudinē pulueris āmodes ē ap
pellatus. Itaq; cū in maximū piculū deuenisset ꝙ iter necessario
facere uidebat. accessit eo ut aquę maxima penuria esset quo fa
cto exercit⁹ ad defectionē maximā ueuire cogebat͛: q qd ageret
dū cogitāt Aries quidā fortuitu ad milites eoꝝ errans puenit:
quos cū uidisset fuga sibi ꝑsidiū parauit. Milites autē qui eū fue
rūt conspicati & si puluere & ęstu pręssi uix ꝓgrediebant͛: tn̄ ut
pręda ex flāma petētes: arietē sequi cęperūt usq; ad eū locū q io
uis āmonis postea tēplo cōstituto est appellat⁹. Quo cū puenis/
sent arietē quē consecuti fuerāt nusq̄; iuenire potuerūt. Sed qd
magis bis fuerat optandū aquę magnā copiā ī eo loco nacti sūt
corpibusq; recuperatis libero statim nūciauerūt: qua gauisus ad
eos fines exercitū deduxit & Iouis āmonis templū cū arietinis
cornib⁹ simulachro facto cōstituit. arietē inter sidera figurauit.
Ita ut cū sol in ei⁹ foret signo: oīa nascētia recrearent͛: quę ueris
tpe fiūt hac re maxime ꝙ illius fuga Liber recreauit exercitum
Pręterea. xii. signorū principē uoluit esse ꝙ ille optim⁹ exerci/
tui fuerit ductor. Sed de āmonis simulachro Leon qui res ęgy
ptias cōscripsit: ait. Cū Liber ęgyptū & reliquos fines regno te/
neret & oīa primus hoībus ostendisse diceret͛: ammonē quēdā
ex africa uenisse & pecoris multitudinē ad liberum adduxisse:
quo facilius & ei⁹ gratia uteret͛ & aliquid primus īuenisse dice/
ret͛. Itaq; ꝓ bn̄ficio ei Liber existimat͛ agrū dedisse qui ē contra
thebas ęgyptias: & q simulachra faciūt āmonis: cū capite cornu
to instituūt: ut hoīes mēoria teneāt: cū primū pec⁹ ōndisse. Qui
aūt Libero factū uoluerūt assignare ꝙ nō petierit ab āmone: sed
ultro ad eū sit adductus: simulachra illi cornuta faciūt: & arietē
memorię causa inter sidera fixū dicunt.



Aurus. Hic dicit͛ inter astra esse constitut⁹ q, Euro
pam incolumē transuexit Cretā. Vt Euripides di
cit Nōnulli aiūt cū in bouē sit cōuersa: ut Iupiter

ei satisfacere uideret inter sidera cōstituisse: ꝙ ei⁹ prior pars ap/ pareat ut tauri: sed reliquū corpus obscuri⁹ uideat. Expectat aūt ad exortū solē: cui⁹ oris effigiē quę cōtinēt stellę Hyades ap pellant: Has aūt pherecydes atheniensis liberi nutrices esse demōstrat numero septē: quas etiā ante nymphas Dodonidas appellatas. Harū noīa sūt hęc. Ambrosia. Eudora. Padile. Coro/ nis. Polisso. Phyleto. Thyene. Hę dicunt a Lygurgo fugatę & ꝓter Ambrosiā oēs ad thetym ꝓfugisse t ait Asclepiades. uSed ut Pherecydes dicit ad thebas liberū platū Iunoni tradiderūt. Quā ob causā ab Ioue grā eis ē relata ꝙ īter sidera sūt cōstitutę.

Hyades aūt appellatę sūt ut ait Museus ꝙ ex atlante & Hya Oceani filia: sint quindecim filię ꝓcreatę: quarū quinq; hyadas appellatas demōstrat ꝙ earū hyas fuerit frater a sororib⁹ pluri/ mū dilectus. q cū uenās a leone esset interfect⁹: quinq; de qui/ bus supra dixim⁹ lamētationib⁹ assiduis ꝑmotę dicunt interiis/ se: quare eas ꝙ plurimū de ei⁹ morte laborarēt hyadas appella/ tas. Reliquas uero decē sorores deliberasse de sororū morte. & earū septē sibi mortē cōscisse. quare ꝙ plures idē senserūt Plei/ das dictas. Alexander aūt hyadas ait dictas ꝙ plures: hyades & boetię sūt filię. Pleidas aūt ꝙ ex pleone oceani & atlante sint natę. He numero septē dicunt. Sed nemo ampli⁹ quā sex uide/ re pōt. Cui⁹ causa ꝓdit: hoc qꝺ de septē sex cū īmortalib⁹ concu buerūt. tres cū Ioue. Due cū Neptuno. Vna cū Marte: reliq autē Sisyphi uxor demōstrat. Quarū ex electra & Ioue dardanū. Ex maia mercuriū. Ex tagete lacedemona ꝓcreatū. Ex Alcione aūt & Neptuno Irea. Ex celeno lycū & nictea natū. Martē autē ex Sterope Oenomaum ꝓcreasse quā alii ęnomai dixerūt uxorē. Meropen aūt Sisypho nuptā Glaucū genisse. quē cōplures Bel/ lorofontis patrē esse dixerūt. Quare ꝓpter reliquas sorores ei⁹ inter sidera cōstitutā. Sed quia hoī nupsit stellā ei⁹ obscuratam.

Alii dicūt Electrā nō apparere iō qꝺ Pleides existiment cho/ ream ducere stellis. Sed postq̄ troia fuit capta & ꝓgenies eius

quę a dardano fuerit sit euersa: dolore pmotã ab his se remouisse: & ĩ circulo q arctic⁹ dicit̃ cõstitisse: ex quodã longo tpe lamẽtantẽ capillo sparso uideri. Itaq̃ e facto Cometẽ esse appellatam Sed has Pleidas antiqui astrologi seorsũ a tauro deformauerũt ut ante diximus Pleiones & Atlantis filias: quę cũ in boetiam cũ puellis iter faceret: oriona conatũ uoluisse ei uim afferre illã fugere cępisse: Oriona autẽ secutũ esse ãnis. xii. neq̃ eã iuenire potuisse. Iouẽ aũt puellã misertũ inter astra cõstituisse & postea a nõnullis astrologis caudã tauri appellatã. Itaq̃ adhuc Orion fugiẽtes eas ad occasũ sequi uidet̃. Eas stellas uergilias nostri dixerunt ꝙ post uer exoriunt̃: & hę quidem ampliorẽ cęteris habent honorẽ. Qđ earũ signo exoriente ęstas significat̃. Occidẽte autẽ hyems ostendit̃: qđ aliis nõ est traditũ signis.


Emini. hos cõplures astrologi castorẽ & pollucem esse dixerũt: quos demonstrãt omniũ fratrũ inter se amãtissimos fuisse. ꝙ neq̃ de pncipatu cõtenderũt neq̃ ullã rẽ sine cõmuni consilio gesserũt. Pro quibus officiis eorũ Iupiter inter notissima sidera eos cõstituisse existimat̃. Neptunũ autẽ pari cõsilio enumerasse Nã equos his quib⁹ utunt̃ donauit & dedit potestatẽ naufragis saluti esse. Alii dixerũt herculẽ esse & Apollinẽ Nõnulli etiã Tripthólemũ: quẽ supra dixim⁹ & Iasona a Cerere dilectos: & ad sidera platos. Sed q de Castore & Polluce dicũt: hoc ampli⁹ addũt: ut Castor ĩ oppido Adriadnis sit occisus: quo tpe Lacedemones cũ atheniensibus bellũ gesserũt. Alii aũt cũ oppugnarẽt Spartã Lync⁹ & hydas ibi pisse dixerũt. Pollucẽ ait humer⁹ cõcessisse frĩ dimidiã uitã Itaq̃ alternis dieb⁹ eoꝝ quẽq̃ lucere.


Ancer. Hic dicit̃ Iunonis beneficio inter astra collocatus: ꝙ cũ hercules contra hydrã Lerneã constitisset: ex palude pedẽ eius mordicus arripuisset qua de re Herculẽ pmotũ eum interfecisse: Iunonem autẽ inter sidera constituisse: ut esset cũ duo

decim signis: quę maxime solis cursu continentur. In ei9 deformationis parte sunt quidã q asini appellantur: a Libero ĩ testa Cancri duab9 stellis figurati. Liber enĩ a Iunone furore obiecto: dicitur mente captus fugisse p Thesprotiã: cogitans ad Iouis dodonei templũ puenire: unde peteret responsum: quo facilius ad pristinũ statũ mentis perueniret: sed cũ uenisset ad quandã paludem magnã: quã transire nõ posset: de quibusdã duobus asellis obuiis factis: dicitur unũ deprendisse eorũ: & ita esse transuectũ: ut oĩno aquã nõ tetigerit. Itaq; cũ uenisset ad templum Iupitris dodonei statim dicitur a furore liberatus: & asellis gratiã retulisse & inter astra eos collocasse. Nõnulli etiã dixerũt asino illi qui fuerit uectus: uocẽ humanã dedisse. Itaq; postea cũ Priapo deo naturę cõtendisse: & uictũ ab eo interfectũ. Pro quo Liberũ eius misertũ in siderib9 ãnumerasse. Et ut sciretur id, p deo nõ, p hoĩe timido (quia Iunonẽ fugerit) fecisse: supra Cancrum cõstituit: qui deę beneficio fuerit affixus astris. Dicitur etiam alia historia de asellis ut ait Eratosthenes: quo tpe Iupiter bello gigãtibus indicto: ad eos oppugnãdos oẽs deos cõuocauit: uenisse Liberũ patrẽ Vulcanum satyros sylenos asellis uectos: qui cũ nõ longe ab hostib9 abessent: dicuntur aselli ptimuisse: & ita, p se quisq; magnũ clamorẽ & inauditũ gigantib9 fecisse: ut oẽs hostes eoꝝ clamore in fugã se cõuerterẽt: & ita sint supati. Hui9 similis est historia de buccina Tritonis: Nã is quoq; fertur: cũ cõcham inuentã excauasset secũ ad gigantes tulisse: & ibi sonitũ quendã inauditũ p conchã misisse. Hostes autẽ ueritos ne qua esset ĩmanis fera ab aduersariis adducta: cũ esset ille mugitus: fugę se mandasse: & ita uictos in hostiũ ptãte puenisse.



Eo. Hic dr a Ioue cõstitut9 q oĩuz feraꝝ pnceps esse existimatur. Nõnulli etiã hoc ampli9 dicũt q herculis pma fuerit hec certatio & q cũ iermis itei fecit. De eo & Pisandr9 & cõplures alii scripserũt: cui9 simulachrũ, pximũ ẽ uirgini. Sed alię. vii. stellę ad

caudã leonis in triangulo collocatę: quas crines beronices esse Conon sami' mathematic' & Callimach' dicit. Cũ Ptolemę' beronicẽ Ptolemęi & Aristonis filiã sororẽ suã duxisset uxorẽ: & paucis post dieb' Asiã oppugnatũ ꝑfect' esset: uouisse beronicẽ si uictor Ptolemę' redisset: se detonsurã crinẽ: quo uoto donatũ crinẽ in Veneris Arsinoes Cõfintidis posuisse tẽplo: eisq; postero die nõ cõparuisse: qđ factũ cũ rex egre ferret Conon Mathematicus (ut dixim') cupiẽs inire gratiã regis dixit crinẽ inter sidera uideri collocatũ: & quasdã uacuas a figura septem stellas oñdit quas esse crinẽ fingeret. Hãc beronicẽ nõnulli cũ Callimacho dixerũt equos alere & ad Olympia mittere cõsuetam. Alii dicũt hoc ampli' Ptolemęũ beronicis patrẽ: multitudine hostiũ ꝑterritũ: fuga salutẽ petisse: filia aũt sępe cõsuetã insiluisse in equũ: & reliquã exercit' copiã cõstituisse: & cõplures hostiũ interfecisse: reliquos in fugã cõiecisse: ꝑ quo etiã Callimachus eã magnanimã dixit. Eratosthenes aũt dicit & uirginibus lesbiis dotẽ quã cuiq; relictã a parẽte nemo solueret iussisse reddi. & inter eas cõstituisse petitionem.



Irgo. Hãc hesiodus Iouis & Themidis filiã dicit Aratus aũt Astręi & aurorę filiã existimat: ꝙ eodẽ tpe fuerit: cũ aurea sęcula hominũ: & eoꝝ principẽ fuisse demõstrat: ꝑpter diligentiã & ęquitatẽ iusticiam appellatã: neq; illo tpe ab hoibus exteras nationes bello lacessitas esse: neq; nauigio quẽq; usũ esse: sed agris colẽdis uitã agere cõsueuisse. Sed post eoꝝ: q sint nati min' officiosos: magis auaros cępisse fieri. Quare min' iusticiã inter homines fuisse cõuersatã. Deniq; eã ꝑuenisse usq; eo: dum diceret Heu heu gen' hominũ natũ: Itaq; iã non potuisse pati ampli' & ad sidera euolasse. Sed hanc alii Fortunã alii Cererẽ dixerũt & hoc magis nõ cõuenit inter eos ꝙ caput ei' nimiũ obscurum uidet. Nõnulli etiã Erigonẽ Icari filiã dixerunt: de qua supra diximus. Alii aũt apollinis filiã ex Chrisostemi natã & infantẽ


parthenon noie dictā eamq; ꝙ parua interierit ab Apolline in
ter sidera collocatam.

SCorpius. hic ꝑpter magnitudinē mēbrorū in duo
signa diuidit̃: quorū uni⁹ effigiē nr̃i librā dixerūt.
sed oīno totū signū hac de causa statutū assignatur
ꝙ orion cū uenaret̃ & in eo exercitatissimū se esse
confideret dixisse: etiā dianę & latonę: se oīa q̄ ex
terra oriūt̃ īterficere ualere: q̄re terrā ꝓmotā scorpionē eduxis/
se: q eū īterficere demōstrat̃. Iouē autē utriusq; animū admiratū:
scorpionē inter astra collocasse: ut spēs ei⁹ hoīb⁹ documēto eēt:
ne qs eoꝝ aliq̄ re sibi cōfideret. Dianā aūt ꝑpter studiū orionis
petisse a ioue: ut idē illi bn̄ficiū daret petēti qđ terrę ultro tri/
buisset. Itaq; eū constitutū: ut cū scorpion oriat̃ orion occidat.

SAgictari⁹. Hūc cōplures centaurū esse dixerūt. alii
aūt hac de causa negauerunt. qđ nemo centaur⁹ sa/
gictis sit usus. Hic aūt querit̃ cur equinis cruribus
sit deformat⁹ & caudā habeat ut satyri. Dicunt enī
nōnulli hūc eē Crotū noīe Euphemes musarū nu/
tricis filiū ut ait Soste⁹ tragędiarū scriptor: eū domiciliū ī mōte
helicone habuisse & cū musis solitū delectari: nōnūq; etiā stu/
dio uenatiōis exerceri. Itaq; ꝓ merita diligētia magnā laudem
assecutū. Nā & celerrimū ī siluis & acutissimū ī musis factū esse:
Pro quo studio petisse musas ab ioue ut ī aliquo astrorū nūero
deformaret̃. Itaq; iouē fecisse ut cū omia illi⁹ artificia uno corpe
uellet significare. Crura ei⁹ eq̄na fecisse: ꝙ equo multū sit usus &
sagictas ꝓ īgenio adiūxisse: ut ex his & acumē & celeritas eē ui
det̃. Caudā satiricā ī corpe fixisse: ꝙ nō min⁹ hic musę q̄; liber sa
tyris sit delectat⁹. Añ hui⁹ pedes stellę sūt paucę ī rotūdo defor
mate: q̄s coronā ei⁹ ut ludēti abiectā nōnlli dixerūt

CApricorn⁹. Hui⁹ effigies silis est Egipani: quē iupi
ter: ꝙ cū eo erat nutritus cū eo esse uoluit: ut caprā
nutricem de qua añ dixim⁹. Hic etiā dicit̃ ꝙ cū

Iupiter tytanas oppugnaret primus obiecisse hostib⁹ timorem q Paniscos appellat̃ ut ait Eratosthenes hac etiã de causa huius inferiorẽ partẽ piscis esse formatio ꝙ muricib⁹ idest maritimis conchiliis hostes sit iaculat⁹ ꝑ lapidũ iactatiõe. Aegyptii aũt sacerdotes & nõnulli poetę dicũt eũ cũ plures dii in ęgyptũ cõ uenissent: repente uenisse eodem typhona acerrimũ giganta & maxime deorũ inimicũ: quo timore ꝑmotos in aliã figuram se cõuertisse. Mercuriũ factũ esse ibim. Apollinẽ autẽ quę thręicia auis est grus. dicit̃. Dianã Claro simulatã: qb⁹de causis ęgyptios ea genera uiolari nõ sinere demonstrãt. ꝙ deorũ imagines di/cant̃. Eodẽ tpe Pana dicũt in flumen se deiecisse: & posteriorẽ ptẽ corpis effigiẽ piscis alterã uero hirci fecisse: & ita a Typho/ne ꝓfugisse: cuius cogitatũ Iupitrẽ admiratũ: effigiem eius inter sidera fixisse.



Quari⁹. Hũc cõplures Ganymedẽ eẽ dixerũt: quẽ Iupiter ꝓpter pulchritudinẽ corpis ereptũ parẽti/bus deorũ mĩstrũ fecisse existimat̃. Itaq; ostẽdit̃ ut aquã aliquo infundẽs. Hegesinax aũt de ucalio na dicit eẽ ꝙ eo regnãte tãta uis aquę se de cęlo ꝓ fuderit ut cataclysm⁹fact⁹esse diceret̃. Eubol⁹ autẽ Cecropẽ de/monstrat esse: antiqtatẽ generis cõmemorãs: & ostẽdẽs anteq̃; uinũ traditũ sit hoibus aqua in sacrificiis deorũ usos esse: & an/te Cecropem regnasse q̃; uinũ sit inuentum.



Isces. Diogenites Erithrach⁹ait quodã tpe Vene/rẽ cũ cupidine filio ĩ Syriã ad flumẽ eufratẽ uenis/se: & eodẽ loco repẽte Typhona gigãta: de quo su pra dixim⁹apparuisse. Venerẽ aũt cũ filio ĩ flumen se ꝓiecisse: & ibi figurã pisciũ forma mutasse: quo fcõ piculo eẽ liberatos. Itaq; postea syros q in his locis sũt ꝓximi: destituisse pisces esitare: ꝙ uereant̃ eos cape ne sili causa deorũ pręsidia im pugnare uideant̃: aut eos ipsos captare. Eratosthenes autem ex eo pisce natos hoies dicit. de quo post dicemus.



Etus. De hoc dicit͛ ꝙ a Neptuno missus sit: ut Andromedam interficeret: quã ante diximus. Sed a Perseo sit interfectus: ꝓpter immanitatem corporis: & illius uirtute inter sidera collocatum.



Rridanꝰ. hũc alii Nilũ: cõplures etiã oceanũ eẽ dixerũt. Qui aũt nilũ uolũt uocari: ꝓpter magnitudinẽ eiꝰ & utilitatẽ ęq̃ssimũ eẽ demõstrant. p̃terea ꝙ ĩfra eũ quedã stella sit: clariꝰ cęteris lucẽs noĩe Canopos appellata canopos aũt insula fluĩe aluit͛ Nilo.



Epus. Hic dicit͛ Orionis canẽ fugere uenãtis. Nã cũ ut oportebat: eum uenatorẽ finxissent: uoluere etiã hoc significare aliq̃ de cã. Itaq; leporẽ ad pedes eius fugientẽ finxerũt: quẽ nõnulli a Mercurio cõstitutũ dixerũt: eiq; datũ eẽ p̃ter cętera genera q̃drupedũ: ut alios pareret alios hr̃et ĩ uentre. Qui autẽ ab hac cã dissentiũt: negãt tã nobilẽ & tã magnũ uenatorẽ: de quo & añ ĩ scorpiõis signo diximꝰ: oportere fingi leporẽ uenari. Callimachũ quoq; accusari ꝙ cũ canis scriberet laudes eã lepoꝝ sanguine gaudere: & eos uenari dixisset. Itaq; Oriona cũ tauro decertantẽ fecerũt. Leporis aũt hãc historiã memorię ꝓdiderũt apud antiquos ĩ insula lero nullũ leporẽ fuisse: s; ex eoꝝ ciuitate adolescẽtiũ quendã studio generis ĩductũ: ab exteris finibꝰ leporẽ fęminã p̃gnantẽ attulisse: & ad eiꝰ ptũ diligẽtissime ministrasse. Itaq; cũ pepisset cõpluribꝰ eiꝰ ciuitatis studiũ ĩcidisse & partim p̃cio ꝑtim bñficio mercatos oẽs lepores alere cępisse. Itaq; nõ lõgo ĩteruallo tantã multitudinẽ lepoꝝ ꝓcreatã: ut tota ĩsula ab his occupata diceret͛: qbꝰ cũ ab hoĩbꝰ nil daret͛: ĩ semina eorũ ĩpetu facto oĩa comederũt. Quo facto ĩcolę calamitate affecti cũ fame forẽt oppressi: cõi cõsilio totiꝰ ciuitatis uix deniq; eos abegisse ex ĩsula dicunt͛. Itaq; leporis postea figurã ĩ astris cõstituisse: ut hoĩes meminissẽt nil esse tã exoptandũ ĩ uita: quin ex eo plus doloris q̃; leticię capere posteriꝰ cogerent͛.



Rion. Hūc hesiod⁹ Neptuni filiū dicit: ex Euriale Minois filia natū: concessū aūt ei ut sup fluct⁹ currere: & ī terra quēadmodū Phyclo datū dicit' ut supra aristas curreret nec eas infringeret. Aristonicus aūt dicit quendā erithrea fuisse thebis: Pyndar⁹ aūt ī insula chio. Hūc aūt cū iouē & Mercuriū hospitio recepisset: petisse ab eis: ut sibi aliqd liberorū nasceret'. Itaq;: quo facili⁹ petitū īpetraret: bouē īmolasse & his ꝓ epulis apposuisse: qđ cū fecisset: poposcisse iouē & mercuriū: ꝙ coriū de boue fuisset detractū: & qđ fecerāt urinę ī coriū infudisse: & id sub terra poni iussisse: x quo postea natū puerū: quē erat he⁹ e facto Vriona noīe appellauit: sed uetustate & cōsuetudīe factū ē ut Orion uocaret'. Hic dicit' Thebis chiū uenisse & Oenopiōis filiā meropē ꝑ uinū cupiditate incēsus cōpressisse: ꝓ quo fcō ab Oenopione excecat⁹: & de īsula eiect⁹ existimat' lenū ad uulcanū puenisse: & ab eo quendā ducē Cedaliona noīe accepisse quē collo ferēs dicit' ad solē uenisse & ab eo sanatū: ut se ulcisceret' chium reuertisse. Oenepiona aūt a ciuib⁹ sub terra custoditū eē. quem postq̄ se īuenire posse desperaret Orion ī insulā cretā puenisse & ibi uenari cepisse cū diana & ei polliceri quę supra diximus & ita ad sidera puenisse. Nōnulli aūt aiūt oriona cū Oenopiōe ꝓpe nimia cōiunctū amicitia uixisse & qđ ei noluerit suum studiū in uenādo ꝓbare dianę quoq; pollicitū q̄ supra diximus: & ita interfectū. Alii dicūt cū Callimacho cū dianę uim uoluerit afferre ab ea sagictis eē cōfixū & ad sidera ꝓpter uenādi consilē studiū deformatū. Histri⁹ dicit Oriana a diana eē dilectū & pene factū ut ei nupsisse existimaret'. Qđ Apollo cū egre ferret & sępe eā obiurgās: hoc fecisse: natātis orionis lōge caput solū uideret' cōspicat⁹: cōtēdit cū diana eā nō posse sagictā mittere ad id: qđ nigrū ī mari uideret': quę cū uellet ī eo studio se maxime artificē dici sagicta missa caput orionis traiecit. Itaq; cū fluct⁹ interfectū ad litt⁹ adiecisset & se cū diana ꝑcussisse plurimū doleret. multis ei⁹ obitū ꝓsecuta lachrymis īter sidera statuisse existi

maī.Sʒ quę post mortē ei⁹ diana fecerit ī ei⁹ historiis dicemus.



Anis. Hic dicit̄ ab ioue custos Europę apposit⁹ esse & ad minoa puenisse. Quem Prochris Cephali uxor laborantē dicit̄ sanasse: & ꝓ eo bn̄ficio canē munere accepisse. ꝙ illa studiosa fuerit uenatiōis: & ꝙ cani fuerat datū ne ulla fera ꝑterire eū posset: p⁹ ei⁹ obitū canis ad cephalū ꝑuenit: qđ prochris ei⁹ fuerat uxor quē ille ducēs secū thebas ꝑuenit ubi erat uulpes cui datū dicebat̄ oēs canes effugere posse. Itaqʒ cum ī unū ꝑuenissent. Iupiter nescius qđ faceret (ut histri⁹ ait) utrūqʒ in lapidē cōuertit. Nōnulli hūc canē orionis esse dixerūt & qđ studiosi⁹ fuerit uenandi cū eo cane quoqʒ īter sidera collocatū. Alii autē Icari canē eē dixerūt de quo añ dixim⁹: quę multas ꝓposita suos hn̄t auctores: sed canis habet ī lingua stellā uuā quę ipsa canis appellat̄. In capite aūt alterā quā isis suo noīe statuisse existimat̄: & syriō appellasse ꝑ flāmę cādorē ꝙ ei⁹ modi sit ut ꝑter cęteras lucē uideat̄



Itaqʒ quo magis ea cognosceret syriona appellasse Rochion. Hic añ maiorē canē exoriri uidet̄ sed a nōnullis orionis esse existimat̄. Hac etiā de causa prochionē appellatū: sed iisdē oībus historiis quibus superior canis annumeratur.



Rgo. Hāc nōnulli ꝓpter celeritatem argo dixerūt grece appellatā. Alii ꝙ arg⁹ ei⁹ fuerit inuētor. hanc autē primā ī mari fuisse cōplures dixerūt & hac re maxīe stellis eē figuratā. Hāc nauim factā pindar⁹ ait ī magnesia oppido cui demetria nomē ē. Callimachus aūt in iisdem finib⁹ ad Apollinis actii templū qđ argo nautę ꝓficiscētes statuisse existimant̄ ī eo loco q pagase uocat̄ iō ꝙ nauis argo ibi ꝑmū cōpacta dicit̄ qđ ē grece pagase. Homer⁹ hūc eūdē locū ī thęssalię finib⁹ esse demōstrat. Eschyl⁹ aūt & nōnulli aiūt a Minerua quandā materiā loquentē eodē eē cōiūctā sed hui⁹ nō tota effigies īter astra uidet̄: diuisa enī ē a puppi usqʒ ad malū significās: ne hoīes nauib⁹ fractis ꝑtimescerent.



Entaur⁹. Hic dicit̃ noie Chyron saturni & Phylire fili⁹ esse q nõ mõ ceteros centauros sʒ hoies quoqꝫ iusticia dicit̃ supasse. Esculapiũ & Achillẽ nutrisse existimat̃: pietate igit̃ & diligentia effecit ut inter astra nũeraret̃. Apud hũc hercules cũ diuerteret̃ & simul cũ chirone sedẽs sagictas consideraret: fert̃ una eoꝝ decidisse supra pedẽ Chironis & ita eũ interfecisse. Alii aũt dicũt centaurũ miratũ ꝙ tã breuib⁹ sagictis. tã magna corpa centaurorũ interfecerit ipsũ cõtendere arcũ conatũ. Itaqꝫ ex ei⁹ manu sagictã, plapsã in pedẽ ei⁹ incidisse: ꝓ q̃ re Iupiter ei⁹ misert⁹ inter sidera eũ constituit cũ hostia quã supra arã tenẽs ĩmolare uidet̃. Hũc alii phonon eẽ centaurũ dixerũt: eũqꝫ auspicio ṗter ceteros plurimũ ualere. Itaqꝫ ad arã cũ hostia uenire Iouis uolũtate figuratur.



Ra in hac primũ dii existimant̃ sacra & cõiurationẽ fecisse: cũ Tytanas oppugnare conarent̃. eã aũt cyclopas fecisse: ab ea consuetudine hoies dicunt̃ instituisse sibi: ut cũ aliquã rem efficere cogitarẽt: prius sacrificarent q̃ʒ agere cepissent.



Ydra in qua Coru⁹ insidere & crater posit⁹ existimat̃ de qua hãc habem⁹ memorię ꝓditã causã Coruus apollinis tutela usus eo sacrificãte miss⁹ a fonte aquã purã petitũ: uidit arbores cõplures ficorũ ĩmaturas: eas expectãs dũ maturescerẽt: in arbore quadã eaꝝ cõsedit. Itaqꝫ post aliquot dies coctis ficub⁹ & a coruo plurib⁹ earũ comesis: expectãs apollo coruũ uidit cũ cratere pleno uolare festinantẽ. ꝓ quo admisso ei⁹ dicit̃ ꝙ diu moratus sit apollinẽ q coact⁹ mora corui: alia aqua est usus: hac ignominia cũ affecisse: ut q̃ʒ diu fic⁹ coquerent̃ coru⁹ bibere nõ posset iõ ꝙ guttur habeat ṗtusum illis dieb⁹. Itaqꝫ cũ uellet significare sitim corui: inter sidera cõstituit craterã & supposuit hydrã quę coruũ sitientẽ moraret̃. Videt̃ enĩ rostro caudã ei⁹ extremã uerberare ut tãq̃ʒ nõ sinat se ad craterã transire. Histrius autẽ &

cõplures dixerũt Coronida phlegie filiã fuisse. hãc aũt ex apol line esculapiũ pcreasse. Sed postea Scyn calci filiũ cum ea cõcubuisse: qd cũ uideret coru' apollini nũciasse: qui cũ fuerit antea candid' p incõmodo nũcio eũ nigrũ fecisse & Scyn sagictis cõfixisse. De Cratera aũt hãc historiã Philarch' scribit. In chersonense quę confinis ẽ Troię ubi Prothesi'ai sepulchrũ statutũ cõplures dixerũt urbs flagusa noĩe dicit' in qua demiphon quidam cũ regnaret: incidit eorũ finib' repentina uastitas: & ciuiũ internitio mirãda: quare demiphonta pmotum ferũt misisse ad apollinis oraculũ: remediũ querens uastitatis. rñso aũt dato: ut quotãnis una de nobiliũ genere uirgo diis penatib' eorũ ĩmolaret' Demiphon aũt omniũ filias pręter suas sorte ductas interficiebat: usq; dũ cuidã ciuiũ loco nobilissimo eoꝝ nato: pdoluit inceptũ Demiphontis: q negare cępit de sua filia se passurũ sortiri: nisi eodẽ regis filię coniectę essent: quo facto rex pmotus: illi' filiã sine sorte ductã interfecit. qd Matusius noĩe: uirginis pater: instanti tpe simulauit se patrię causa nõ ferre egre factum potuisset eni postea sorte ducta nihilomin' interficere: qd paulatim dies regi in obliuionẽ pduxit. Itaq; cũ se ppe amicissimũ regi pater uirginis oñdisset: solenne sacrificiũ se hr̃e dixit: eũq; & filias ei' ad id cõficiendũ ĩuitauit: q nihil aliter futurũ suspicatus: filias añ misit: ut ipse occupar' in re ciuili postea ueniret qd cũ exoptãti Matusio accidisset: filias ei' interfecit & sanguinẽ eaꝝ cũ uino ĩ cratere mixtũ aduenĩeti regi p potiõe dari iussit: q cũ filias desideraret: & qd his factũ esset rescisset Matusiũ cũ cratere ĩ mari piici iussit. quo facto mare quo ille piect' ẽ memorię causa Matusiũ uocatũ: port' autẽ adhuc crater dicit': quẽ antiq astrologi stellis deformauerũt ut hoĩes meminissent: maleficiũ neminẽ temere lucrari posse: neq; obliuíonẽ inimicitiarũ fieri solere. Nõnulli cũ Eratosthene dicũt: eũ cratera esse quo Icarus sit usus. cũ hoĩbus ostenderet uinũ. Alii autẽ dolium esse quo mars ab otho & ephyalte sit coniectus.

PIſcis q̃ Notius appellat᷑.hic uidet᷑ ore aquã excipe re a ſigno aquario:qui laborantẽ quondã iſin ſer/ uaſſe exiſtimat᷑.ꝓ quo bn̄ficio ſimulachrũ piſcis& ei⁹filioꝝ:de quib⁹añ dixim⁹inter aſtra conſtituit. Itaq; ſyri cõplures piſces nõ eſitant: & eorũ ſimu/ lachra aurata ꝓ diis penatib⁹colunt.De hoc & heſyas ſcribit.

REliquũ ẽ nobis de ſtellis quinq; q̃s cõplures ut er/ raticas:ita planetas gręci uagos dixerũt. Vna qua rũ eſt Iouis noĩe Phaeton quẽ Eraclides ponticus ait quo tp̄e ꝓmetheus hoĩes finxerit:hũc pulchri tudine corpis reliq̃s pręſtantẽ feciſſe. cũq; ſuppri/ mere cogitaret ut certũ redderet cupidinẽ ioui nunciaſſe: quo facto miſſũ mercuriũ ad phaetonta pſuaſiſſe ut ad iouẽ ueniret & ĩmortalis fieret.Itaq; eũ ĩter aſtra collocatũ. Secũda ſtella di/ cit᷑ ſolis quã alii ſaturni dixerũt. Hãc Eratoſthenes a ſolis filio Phaetontã appellatã dicit:de quo plures ſcripſerũt. ut p̄ris in/ ſciẽter curru uect⁹ incenderit terras quo facto ab ioue fulmine pcuſſum in Eridanum deiecerit:& a ſole inter ſidera ſit platus.

Tertia ẽ ſtella Martį quã alii herculis dixerũt Veneris ſequẽs ſtellã.Hac Eratoſthenes ait de cauſa ꝙ Vulcan⁹cũ uxorẽ uene/ rem duxiſſet &ꝓpter ei⁹ obſeruantiã Marti copia nõ fieret ut nihil aliud aſſequi uideret᷑ niſi ſua ſtella Veneris ſidus pſequi a uenere impetrauit.Itaq; cũ uehemẽter eũ amore incenderet ſi/ gnificãs e facto ſtellam hyperiona appellauit. Quarta ſtella eſt Veneris Lucifer noĩe quã nõnulli Iunonis eſſe dixerũt.Hunc eundẽ Heſperũ appellari multis traditũ ẽ hiſtoriis. Hic autem omniũ ſiderũ maximus eſſe uidet᷑.Nõnulli autẽ hũc Auroræ & Cephali filiũ eſſe dixerũt pulchritudĩe multis pręſtantẽ.ex qua re etiã cũ uenere dicit᷑ certaſſe ut etiã Eratoſthenes dicit:eũ hac de cauſa ueneris appellari:exoriẽte ſole & occidẽte uideri: q̃re ut añ dixim⁹iure hũc & luciferũ & heſperũ nomĩatũ. Quinta ſtella eſt Mercurii noĩe Stilbon:ſed hęc eſt breuis & clara.Hęc autẽ Mercurio data exiſtimatur ꝙ primus mẽſes inſtituerit &

prȩuiderit siderũ cursus: Euberemus autem primã ait Venerem astra constituisse & mercurio demonstrasse.


PReterea ostendit̃ circulus quidã in siderib⁹ candido colore: quẽ Lacteũ esse nõnulli dixerũt. Eratosthenes aũt Mercurio dicit infanti puero insciam Iunonẽ dedisse lac: sed postq̃ꝫ rescierit eũ maiȩ filiũ esse reiecisse eũ a se: Ita lactis ꝓfusi splendorem inter sidera apparere. Alii dixerũt dormiẽti Iunoni herculẽ suppositũ & exprectã ei qꝺ supra dixim⁹ fecisse. Alii autẽ herculẽ ꝓpter nimiã auiditatẽ multitudinẽ lactis appetisse neqꝫ in ore cõtinere potuisse: ꝙ ex ore ei⁹ ꝓfusũ circulũ signasse. Alii dicunt quo tp̃e Ops saturno lapidẽ ꝓ partu attulit: uisisse ei lac prȩbere: quȩ cũ pressisset mammã ꝓfuso lacte circulũ deformatum: quẽ supra demonstrauimus. Nos autẽ omniũ corporũ deformationẽ dicere instituimus.



Clarissimi uiri Hyginii descriptionũ formarũ cęlestiũ Astronomicon.


Gitur incipiens a polo Boreo pro/tinus dicere: quo utręq; arctui nixę uebunť arctico circulo clausę: & ita collocatę ut alterius una quęq; earũ resupinata caput: alterius tegere ui/deatur: ita tamen ut caput eius quę superior fuerit ad caudam ĩferioris cõtendat. Harũ maior in extremo circulo pedes habet fixos. Pręte/rea habet in capite stellas septẽ: oẽs obscuras. ĩ utrisq; auribus binas. In humero claram unã. in pede de posterioribus nouissimo duas. In sũmo interscapilio unam. In crure de posteriorib⁹ primo unã In pede priorẽ duas. In cauda ipsa tris. Ita toti⁹ sideris stellę sũt omnino. xxi. Minor autẽ habet in statiõis unoquoq; loco stel las singulas clare lucentes & super caudam tris: omnino septẽ. sed ĩ prioribus caudę stellis una a qua polus appellatur. ut Era/thones dicit. per quem locum ipse mũdus existimatur uersari. Reliquę autẽ duę χορευταί dicuntur: ꝙ circum polũ uersanť.


Raco inter duas arctos collocatus uidetur corpis sinu facto arctõ minorẽ ita cõcludere: ut pene pe/des eius tangere uideať: cauda autem flexa caput maioris attingere: suo capite tãq; reducto: circulũ arcticũ attingens: corpus ut in sphęram complica ri: & si quis diligentius attenderit: uidere poterit caput draco/nis ad maioris ursę regionẽ caudę collocari. Hic habet ĩ utroq; tempore stellas singulas. In oculis singulas. In mento unam: & toto corpore reliquo passim claras decẽ: ita ut omnino sit stel/larum quindecim.



Rrctophilax. Huius manũ ſiniſtrã circulus arctic⁹ ĩcludit: ita ut neq; occidere neq; exoriri uideatur Ipſe enĩ poſitus ab arctico circulo ad ęſtiuũ defini tur inclinatus in longitudinẽ. dextro pede ęſtiuo circulo nixus. hui⁹ humeros & pect⁹ a reliquo cor pore diuidit circulus : q̇ p utroſq; polos tranſiens tangit arietẽ & chelas: hic quidẽ cũ tauro & geminis & cancro & leone oc/ cidit: ideo ſero occidere dicit᷑: ꝙ magis erect⁹ a pedibus perue/ nit ad terrã. At exoriẽs citius q̃3 chelę uidet᷑. Habet autẽ in ſini ſtra manu ſtellas quattuor: quę nũq̃3 occidere uident᷑. In capite

ſtellam unam. In utroq; humero ſingulas. In utraq; mām̄a ſingulas. ſed clariorem dextrā: & ſub ea alterā obſcuram: & in cubito dextro claram unā. In zona unā clarius cęteris lucentē. hęc ſtella arcturus appellatur. In utriſq; pedibus ſingulas: quę oīo ſunt quattuordecim.



Boetes



COronā humero ſiniſtro prope cōtingere arctophilax uidet: quę ante engonaſin dextri pedis calce cōiungit. hęc cancro & leone exoriente occidere:

cum scorpione exoriri perspicitur. Habet autẽ stellas nouem ĩ rotundo dispositas, sed ex his tres clarius cęteris lucentes.



Corona


ENgonasin. Hic positus inter duos circulos arcti/cum & ęstiuũ: utrisq; pedib' & dextro genu quem ante dixim' arcticũ circulũ finit. Ita tñ ut dextro pede priorib' digitis circulũ terminet: sinistro aũt toto caput draconis opprimere conet᷑. Humeris autẽ uelut sustinẽs circulũ ęstiuũ & manu dextra ꝓiecta tangẽs Leua autẽ e regione ad sinistrũ genu porrigẽs ęquali interuallo circuli ęstiui & genu sinistri. Hic occidẽs capite pri' q̃ reliquo

corpore deuenit ad terram: qui cũ totus occidit ut pendere pe
dibus ex arctico circulo uideat. Exoriens ante pedibus q̃ reli
quis membris. Habet autem in capite ſtellam unam. In ſiniſtro
brachio unam. In utroq; humero ſingulas clare lucẽtes. In ma/
nu ſiniſtra unam. In dextro cubito unã. In utroq; latere ſingu/
las: ſed clariorẽ in ſiniſtro. In dextro femore duas. In genu unã
In poplite unã. In crure duas. In pede unam quę dicitur cl ara.
In ſiniſtra manu quattuor. quas pellem leonis nõnulli eſſe di /
xerunt: Ita ſunt omnino decem & nouem.



Heracles

Yra: hęc posita est contra regionem: eius loci qui est inter genu & manũ sinistram eius: qui engona sin uocatur: cuius ipsa testudo spectat ad arcticum circulum. Sũmum autẽ cacumen ad polum notiũ contendere uidetũ. Hęc lyra uirgine exoriente occidere uidetur: & cum sagictario exoriri pspicitur. Habet autẽ in ipsis testudinis lateribus singulas stellas. In sũmis cacuminibus eorũ quę in testudine ut brachia sunt coniecta singulas. In mediis iisdẽ quas humeros Eratosthenes fingit singulas. In scapulis ipsius testudinis duas. In ima lyrę quę ut basis totius uidetur unam: & ita omnino sunt nouem.





Lor. Huius una ala est ad circunductionem huius circuli: qui arcticos uocat: contingens extremum pedem sinistrū eius: qui engonasin uocat. Sinistrā autē habet alam paululū extra circulū ęstiuū pene coniungens pedibus pegasi: ęstiuus autē circulus rostrū eius a reliquo corpore diuidit. Cauda iungit extrema cū capite cephei. Hic cum uirgine & chęlis occidens: prius capite q̄3 reliquis membris deuenit ad terram: exorit autē cum capri/corno. Hic habet in capite stellam clare lucentē unam. In collo alteram pari fulgore. In utrisq3 pēnis quinas. Supra caudā unā. oīno habet stellas. xiii.





Epheus a tergo minoris arcti cōſtitutꝰ includit̄ ar
ctico circulo a pedibꝰ ad pectꝰ: ut p̄ter humeros &
caput eius nihil occidere uideat̄: nec longe abeſt a
flexu draconis quē capite primū efficere uidet̄. ce
pheus aūt manibꝰ utriſq; ꝓiectis figurat̄ tanto diſ/
ſidet interuallo a pedibꝰ arcti minoris quātū ſpaciū inter pedes
cephei uidet̄. Huiꝰ caput ſcorpione exorto occidere: cū ſagicta
rio exoriri uidet̄. Hic autē habet ī capite ſtellas duas. In manu
dextera unā. In cubito obſcurā unā. In ſiniſtra manu & ī hume/
ro ſingulas. In dextero humero unā. In zona quę medium eius
diuidit corpus tres ſtellę clare uident̄. In latere dextro obſcurā
unā. In ſiniſtro genu duas. In utriſq; pedibus ſingulę. Supra pe/
des ſtellę. iiii. Hic totus oīno ſtellarū numerus. xix.



Cepheus

Cassiopeia sedēs in siliquastro collocata ē. cui' sedilis & ipsi' cassiopeię pedes positi in ipsa circūductione circuli qui arcticos uocat. effigies autē corporis ad ęstiuū circulū ꝑuenit: quē capite & dextera manu tāgit. Hāc ꝓpe mediā diuidit circulus is lacteus appellat̄ ꝓxime cephei signū collocatū: Hęc occidēs cū scorpione capite: cū sedili resupino ferri ꝑspicit̄. Exoriri autē cū sagictario. Hui' in capite stella ostendit̄ una. In utroqꝫ humero una. In mamilla dextra clara una. In lumbis magna una. In sinistro femore duas. In genu una. In pede ipsi' dextro una. In quadrato quo sella deformat̄ una. In utrisqꝫ singulę clari' cęteris lucentes. Hęc igit̄ est oīno stellarū. xiii.





Ndromeda ppe cassiopeiã supra caput persei bre/
ui interuallo dissidēte pspicit collocata: manibus
diuersis uincta ut antiqs historiis ē traditū: cuius
caput equi pegasi uetri cōiungit. Eadē enī stella ut
umbilicus pegasi & andromedę caput appellatur
Hui9 mediū pectus & manū sinistrā circulus ęstiu9 diuidit. Oc/
cidit autē cū pisce de duob9 secūdo: quē andromedę subiectum
brachio supra dixim9. Exoriēte libra & scorpione capite prius/
q3 reliquo corpe puenit ad terrā. Exorit autē cū piscib9 & ariete
Hęc ut supra dixim9 hʒ ī capite stellā clare lucētē unā. In utroq3
hūero. i. In cubito dextro. i. In ipsa māu. i. In sinistro cubito ul' ī



brachio unã. In manu alterã. In zona tres. Sup zonã quattuor. In utroq; genu unã. In pedibus autẽ binas. Ita omnino est stel/ larum numerus. xx.



Erseus. Huius sinistrũ crus & humerũ leuũ: circu/ lus ęstiu' a reliquo corpe diuidit. Ipse manu dex/ tra arcticũ circulũ tangit: dextro pede caput auri/ gę pręmere uelut currens uidet. Idẽ occidens sagi ctario & capricorno exorto inclinat ad caput uer sus: cũ ariete & tauro rectus exorit. Habet autẽ i utroq; hume/ ro stellam unã. In manu dextra clare lucentẽ unã qua falcem te nere dicit: quo telo Gorgonã interfecit. In sinistra alteram qua



caput Gorgonis tenere existimatur. Habet preterea in uentre stellam unam. In lumbis alterã: in dextro femore unã Ad genu in tibia unã. In pede unã obscurã. In sinistro femore unã. In genu alterã. In tibia duas. In sinistra manu qđ Gorgonis caput uocatur stellas quattuor. omnino ē stellarũ numerus decem & septem. Caput eius & falx sine sideribus apparent. Hunc Aratus cũ diceret inter sidera cyconis menon figuratũ: acceperũt complures eũ puluerulentũ dicere: qđ minime cõuenit posse inter sidera etiã puluerulentum accipere. Quod si esset: dignior erat orion cui idem ascriberet̃. Primũ ꝙ assidue est uenatus & semp in terra fuit. Denique adhuc inter sidera uenari uidet̃. Perseus autem qui assidue uolabat: nõ potest puluerẽ habere. Quid igitur est cum uellet aratus eũ currentem obscure significare: usus ętbolorũ consuetudine ceconis menon dixit: ętboli enim cũ uolunt aliquem decurrere significare ceconisse dicũt id: Quod Aratus uoluit demonstrare: nõ ut illũ uolantẽ assidue puluerulentũ dicat. Quod a multis perperã est intellectum.

HEniochus autẽ circulo ęstiuo gęnuũ fine pręterea humero sinistro usq; ad zonã diuidit̃ ab eo: quem supra Lacteũ orbem diximus. Huius dexter pes tauri cornu sinistro stella coniungit̃: idest una manu ut lora tenens figurat̃. Cuius ĩ humero sinistro capra. In manu autẽ duo hędi stellis formati dicunt̃. Totus aũt pedibus Persei subiect⁹: caput habens contra ursę maioris aspectum. Hic occidere sagictarii & capricorni exortu uidet̃. Exoriri autẽ ophiulco & engonasi occidente. Habet pręterea stellam unam in capite. In utroq; humero unam. sed in sinistro clariorem quę uocatur capra. In utroq; cubito unã. In manu duas quę hędi appellant̃ stellis prope occidentibus formati. Ita oĩno sunt numero septem.

Auriga





Phiulcus inclinatus a capite: ut qui resupinari ui/
detur manib⁹ anguē tenere figurat⁹ est. Huius aūt
humeri ab ęstiuo circulo diuidunt̃ a reliquo cor/
pore. Ipse genuū fine ab ęquinoctiali terminat̃ cir
culo. Pede sinistro premens oculos: dextro autē
testudini scorpioni innix⁹. Anguis autē q ab eo tenet̃ ꝓpe ex/
tremo ore coronā cōtingēs mediū precingit ophiulcū: a cauda
breuior q̄ȝ superiore corpe qua manus sinistra ipsi⁹ signi figurat̃
ita tn̄ ut extrema cauda circulum ęquinoctialē cū aquilę cauda
iungat. Occidens autē exortu geminorū cancri & leonis ꝑue/
nit ad terram. Exoriens autē cum scorpione & sagictario appa/

ret.Hic habet in capite ſtellam unam.In utroqꝫ humero ſingu/
las.In ſiniſtra manu tres.In dextra manu q̃ttuor. In lũbis duas.
In utroqꝫ genu ſingulaſ.In dextro crure unã:In utroqꝫ pede ſin
gulas.ſed clariorẽ in dextro.Itaqꝫ eſt oĩno ſtellaꝝ numerꝰ.xvii.
Anguis autẽ habet in ſũmo capite ſtellas duas. Sub capite tres
uno loco omnes. Ad manũ ipſius ophiulci ſiniſtram duas. ſed
quę maxime ad corpus eius accedit clariorẽ. Et ĩ dorſo anguis
ad ipſam corpis coniũctionẽ quinqꝫ.Et in prima curuatura cau
dę quattuor. In ſecũda caput uerſus habet ſtellas ſex. Ita eſt oĩ/
no ſtellarũ numerus.xxiii.



Serpentarius


SAgicta inter duos circulos ęstiuū & equinoctialē signo aquilę supposita diuiditur ab eo circulo qui utroq; polo subiectus ad cancrum & capricornum puenit. Huius cacumen ad equi pedū regionē spectat. Altera pars ad humeros ophiulci tēdit. Hęc occidit uirginis ortu. oritur autē cum scorpione. Habet omnino stellas quattuor: quarū una in principio materię altera ī medio. duę reliquę ī eo loco quo ferrū solet affigi: diuerse uidenť.

Sagicta






Quila ala dextra nõ multum extra circulum ęqui noctialem prodire: sinistra autẽ nõ longe a capite ophiulci figurata uidetur. Pręterea rostrum eius a reliquo corpore diuidit circulus quem supra diximus a cancro ad capricornũ peruenire. Media aũt finit ab eo quem supra lacteũ orbem demõstrauimus esse. Hęc exorto leone occidit. Exoritur aũt cum capricorno habens in capite stellam unam. In utraqꝫ pẽna unam. In cauda unam. Itaqꝫ omnino sunt quattuor.



Aquila



Elphin nõ longe ab Aquilę signo figurat: in curuatione caudę nouissimę ęquinoctialis circuli circũductione tangit: capite prope contingens equi pegasi rostrũ. Hic exorit cum sagictarii posteriore parte. Occidit autẽ cum uirgo exorta est a capite. Habet autẽ in capite stellas duas. Supra caput ad uerticẽ duas alias. Ad ea quę in uentre uelut pẽnę uident habet stellas tres. In scapulis unam. In cauda duas. Itaq; omnino sunt stellę numero decem.



Delphin




Quus arcticũ circulũ spectãs pedib' ęstiuo orbe niti: extremo ore caput delphini tãgere uidet: aq̃rii manũ dextrã ceruici sua cõiũgẽs & utrisq; piscibus clausus quos in duodecim signis postea demonstrabimus. Huius in stellis corpus apparet usq; ad

umbilicū deformatum. Qui occidit cū pisce de duobus primo: qui supra tergum eius est fixus. Exoritur cum Aquario toto & pisce cū quo occidit: & manu aquarii dextra. Hic habet in rostro stellas duas obscuras. In capite unam. In maxilla unam. In utrisq3 auribus singulas. In ceruicib9 quattuor obscuras. sed maxime lucet quę capiti ꝓxima apparet. In humero claram unam In pectore unam. In scapilio unam. In umbilico nouissimā unā quę andromedę uocat. In genibus utrisq3 singulas. In utrisq3 poblitibus singulas. Ita sunt omnino numero decem & octo.



Equus

DEltoton autē ut in triangulū deformat̄: ęquis quodāmodo laterib' duobus: uno breuiore sed prope ęquali reliquis. Inter ęstiuū & ęquinoctialē circulū supra caput arietis: nō longe ab andromedę dextro crure & persei manu sinistra collocatū: Cū ariete toto occidēs. Exoriēs autē cū eiusdē dimidia priore pte. Habet autē stellam: in unoquoq; angulo unam.



Triangulus

NVnc protinus duodecim signo℞ figurationē dicemus. Quorū est princeps Aries ī ęquinoctiali circulo cōsistens: caput ad exortū habens euersum: Occidens a primis pedib' & exoriens: caput infra triangulū quod supra dixim' tenēs collocatū: pe-

dibus prope cōtingens caput Piſtricis. Habet autem in capite ſtellam unam. In cornib' tres. In ceruice tres. In pede priore de primis unam. Inter ſcapilio quattuor. In cauda unā: ſub uentre unam. In lumbis tres. In pede poſteriori unam. Quę ſunt oīno numero decem & octo.




Aurus ad exortum ſignorum dimidia parte col/locatus: ut incipere genu ac defigere ad terram ui/detur. Caput eodem habens ac tentū. Genua eius reliquo corpe diuidit circulus ęquinoctialis Cor/nu ſiniſtro ut ſupra diximus cōiungitur cum ſini/

ſtro pede eius:qui auriga appellatur.Inter huius finitionē cor/
poris & arietis caudā ſtellę ſunt: quas uergelias noſtri gręci aūt
pleidas appellauerunt.Hic auerſus occidit & exorit̄.Habet in
cornibus ſingulas ſtellas; ſed in ſiniſtro clariorē. Vtriſq; oculis
ſingulas.In fronte media unā. Ex quibus locis cornua naſcunt̄
ſingulas:quę ſeptem ſtellę hyades nūcupant̄. Et ſi nōnulli quas
duas diximus nouiſſimas ſtellas negauerint eſſe: ut oīno hya/
des eſſent quinq;. Pręterea in ſiniſtro genu priore habet ſtellā
unam.Et ſuper ungulam unam.In dextro genu unam.& inter/
ſcapilio tres:nouiſſimā earū cęteris clariorem.In pectore unam
Quę ſunt omnino pręter uergilias quattuordecim.



Taurus


Emini ab aurigę parte dextra supra orionē collo/
cati uident: ita tn̄ ut orion inter taurū & geminos
sit cōstitutus: capita eorū diuidunt a reliquo cor/
pore: circulo eo qui ęstiuū diffinire supra est dict⁹.
Ita ut cōplexa corpa inter se tenētes. Occidāt di/
recti a pedib⁹. Exoriunt autē inclinati ut iacētes Sed is q can/
cro est pximus. habet in capite stellā unā clarā. In utrisq; hume
ris singulas claras. In dextro cubito unā. In genib⁹ utrisq; singu
las. In pedib⁹ utrisq; singulas. Alter autē i capite unā. In sinistro
humero unam. In dextro alterā. In utrisq; manibus singulas. In
dextro genu unā. In sinistro genu alterā. In pedibus utrisq; sin
las & infra sinistrū pedē unā quę tropus appellat. & sūt. xviii.



Gemini



Ancer. Hunc medium diuidit circulus ęſtiuus ad leonis exortus ſpectantē: paululũ ſupra caput hy/drę collocatum. Occidentē & exorientem poſte/riore corpis parte. Hic autē habet in ipſa teſta ſtel las duas quę aſini uocant̃: de quibus ante dixim⁹. In pedib⁹ dextris ſingulas obſcuras. In ſiniſtro pede p̃mo duas In ſecũdo duas obſcuras. In tertio unam. In quarto primo unã obſcuram. In ore unam. In ea quę chela dexterior dicit̃ tres ſi/miles: nõ grandes. In ſiniſtra ſimiles duas. Et ita ē omnino ſtel/larum numerus decem & octo.



Cancer



Eo ſpectãs ad occaſum ſupra corpus hydrę a capite qua cancer inſtat:uſqꝫ ad mediã partẽ eius conſtitut⁹ medius ęſtiuo circulo diuiditur:ut ſub ipſo orbe priores pedes habeat collocatos. Occidens a capite &exoriẽs.Hic habet in capite ſtellas tres In ceruicib⁹ duas.In pectore unam. Interſcapilio tres.In media cauda unã. In extrema alterã magnã. Sub pectore duas.In pede priore unã clarã.In uentre clarã unam. Et infra alteram magnam unam.In lumbis unam.In poſteriore genu unam. In pede poſteriore claram unam.Et ita eſt omnino numerus ſtellarũ decem & nouem.



Leo



Irgo infra pedes boetis collocata: capite posterio/rem partē leonis: dextra manu circulū ęstiualē tā/git: ac inferiorē partē corpis: supra coruū & hydrę caudā habere pspicit. Occidens capite priusq̃ re/liquis membris. Hui9 in capite est stella una obscu/ra. In utrisq̃ humeris singulę. In utrisq̃ pēnis binę: quarum una stella quę est in dextra pēna ad humerū defixa protrigot uocat. Pręterea habet in utrisq̃ manibus singulas stellas: quarum una quę est in dextra manu: maior & clarior conspicit. In ueste autē habet passim dispositas stellas septem. In utrisq̃ pedibus singu/las. Omnino stellarū numerus. xvi.



Virgo

Corpii prior pars quę Chele dicitur ita premiť ab ęquinoctiali circulo: ut eum sustinere uideať. Ipse autē pedibus ophiulci de quo supra diximus sub/ditus extrema cauda circulū hyemalē contingere uideť. Neq; longe est ab eo qđ pro hostia centau/rus ferre prospiciť. Occidit autē inclinato capite: exoriť erect⁹ a chelis. Hic habet stellas in his quę chele dicunť in unaquaq; earum binas: ex quibus primę sunt clariores. Pręterea habet in fronte stellas tres: quarū media est clarissima. Interscapilio tres. In uentre duas. In cauda quinq;. In acumine ipo quo percutere existimať duas. Omnino stellarū. xix.



Scorpius



Agictarius autē ſpectās ad occaſum: centauri cor/pore figurat̃ uelut mittere ſagictas: incipiens a pedibus uſq; ad humeros. In hyemali circulo collo/catus ita ut caput ei⁹ ſolum extra eū circulū quem ſupra diximus apparere uideat̃: cuius arcus lacteo circulo medi⁹ diuidit̃. ante pedes eius eſt quędā corona ſtellis effecta de qua prius diximus. Hic preceps occidit. Exorit̃ directus. Habet autē in capite ſtellas duas. In arcu duas. In ſagicta unam. In dextro cubito unam. In manu priori unā. In uentre unam. Interſcapilio duas. In cauda unam. In priori genu unam. In pede unā. In inferiori genu unam. In pollice unā. Omnino ē ſtellarū quindecim. Corona autē centauri eſt ſtellarū ſeptem.



Sagictarius



Apricornus ad occasũ spectãs & totus in zodiaco circulo deformat⁹: cauda & toto corpe medi⁹ diuidit̃ ab hyemali circulo: suppositus Aquarii manui sinistrę: occidit autẽ preceps: exorit̃ autẽ directus. Sed habet stellã ĩ naso unã. Infra ceruicẽ unã. In pectore duas. In priore pede unam. In priore eodẽ alteram. Interscapilio habet stellas septem. In uẽtre septẽ. In cauda duas. Et est omnino stellarũ. xxii.





Quarius habet pedes ĩ hyemali circulo fixos: manum autẽ sinistrã usq; ad capricorni porrigẽs tergum dextrã iubę pegasi ꝓpe cõtingens: spectat ad exortus: qui cũ ita sit figurat⁹: necesse est cũ corpore prope resupinato uideri. Effusio aquę ꝑuenit ad


eum piscem qui solitarius figuratur de quo posterius dicemus. Sed aquarius & occidit & exorit̃ capite prius q̃ȝ reliquis membris. Hic habet in capite stellas duas obscuras. In utrisq; humeris singulas magnas. In sinistro cubito unam grandem. In manu priori unam. In utrisq; mammis singulas obscuras. In lumbo interiore unã. In utrisq; genibus singulas. In dextro crure unam. In utrisq; pedibus singulas. Omnino est stellaȝ quattuordecim Effusio aquę cũ aquario ipso est stellarũ triginta. Sed in his oĩbus prima & nouissima clara.



Aquarius




Isces. Horũ alter Notus: alter Boreus appellatur. Ideo ꝙ unus eorũ qui boreus dicit̃ inter ęquinoctialem & ęstiuũ circulũ sub Andromedę brachio collocatus: & arcticũ polum spectans constituitur alter autẽ est in zodiaco circulo extremo sub scapulis equi: nõ longe ab ęquinoctiali circulo collocatus spectãs ad occasum. Hi pisces quibusdam stellis ut lineola ab arietis pede primo coniungunt̃: quorũ inferior ante occidere & exoriri uidet̃. Habet autẽ stellas decem & septem. Et boreus omnino duodecim. Coniũctio eorũ habet ad Aquilonẽ spectans stellas tres. ad alteram partem tres. Ad exortũ tres. In cõmissura tres: omnino duodecim. Horum coniunctionem quę a pede arie/



Pisces

tis primo notatᷣ aratus grece. Cicero nodū cęlestē di/
cit:qui utrūq; uolunt significare:cū nodū nō solū pisciū:sed etiā
totius sphęrę esse:quo enī loco est circulus ab arietis pede Me
sembrinos dicitᷣ: qui meridē significet. & quo loco is circulus
mesembrinos coniungitᷣ:& transit ęquinoctialē circulū:in ipsa
coniūctione circulorū nodus pisciū significatur:quia eū nō mo
do nodū pisciū sed etiā cęlestiū nodum appellauerunt.

PIstrix a media cauda diuiditur ab hyemali circulo spectans ad exortus:rostro ꝓpe posteriorē arietis pedem iungens:huius priorē partē corporis: quę spectat ad exortus prope alluere flumen Eridani uidetᷣ. Hęc cadit exorto cancro & leone:exoritur autē cum centauro & geminis.sed habet in extrema cauda stellas duas obscuras. Ab eo loco usq; ad reliqui corporis curuaturam quinq;.Sub uentre sex.Omnino sunt tredecim.



ERidanus a ſiniſtro pede profectus orionis & per/ueniens uſq; ad piſtricem: rurſus diffundit uſq; ad leporis pedes & protinus ad antarcticum tendit circulum. Huius figurationem circulus hyemalis diuidit ab eo loco quo ꝓpe cõiũgit ceto. Hic ſcorpione & ſagictario exorto occidere. Exoriri autẽ cum geminis & cancro uidetur. Habet autem ſtellas in prima curuatura tres In ſecunda tres. Item in tertia uſq; ad nouiſſimã ſeptem. Omnino eſt ſtellarũ numero tredecim.



Eridanus flumẽ

LEpus autem infra sinistrum pedem Oriōis p hye/malem circulum fugiēs:ab eo inferiore parte cor/poris diuisus. Occidit sagictario exorto:orit cum leone. Habet autem stellas in utrisq; auribus sin/gulas. In corpore passim dispositas duas. In pedi/bus prioribus singulas. Et ita est omnino stellarū sex.



Lepus



Rion: hunc a zona & reliquo corpore ęquinoctia lis circulus diuidit cũ tauro decertantẽ collocatũ: dextra manu clauã tenentẽ & incinctũ ense: spe/ ctantẽ ad occasum: & occidentẽ exorta scorpiõis posteriore parte & sagictario exoriente: cum can/ cro autem toto corpore pariter exurgentẽ. Hic habet in capi/ te stellas tres claras. In utrisq; humeris singulas. In cubito dex/ tro obscuram unã. In manu similem unam. In zona tres. In eo quo gladius eius deformat tres obscuras. In utrisq; genibus sin gulas claras. In pedibus singulas obscuras. Omnino sũt decem & septem.



Orion



Aanis leporem fugientẽ consequens posterioribꝰ pedibus diuidit ab hyemali circulo: pedem dex/trũ orionis pene suo capite coniungens: capite ad occasum spectans. sed caput ad ęquinoctialem circulum tendit. Occidit oriente sagictario: exoriẽs autẽ cum cancro. Hic canis habet in lingua stellam unam, quę canis appellat. In capite autẽ alterã: quã nõnulli syrion appellãt de quo primũ diximus. Pręterea habet ĩ utrisq; auribus obscu/ras singulas. In pectore duas. In pede priore tres. Interscapilio tres. In sinistro lumbo unam. In pede posteriore unam. In pede dextro unam. In cauda quattuor. Oĩno sunt decem & nouẽ.



Canis maior


PRocyon. Hic i lacteo circulo defixis pedib' ęqui/noctialem circulum tangit. Spectat ad occasum ut inter geminos & cancrum constitutus: qui ꝙ ante maiorem canem exoritur procyon est appellatus. Hic aũt occidit exortu capricorni: exoritur cum leone. & habet unam stellam in capite & aliã in pectore. In lumbo unam. Sed est omnino stellarũ numerus triũ.



Canis minior



Rgo. Huius puppis hyemalem circulum & maioris canis caudã contingens inferiore parte: nouissime nauis inclinata antarcticum circulum tangit Occidẽs sagictario & capricorno exorto ut in mari collocata exoriens cũ uirgine & chelis. Hęc habet in puppi ad singula gubernacula: ad primum stellas quinq; Ad alteram quattuor. Circũ carinã quinq;: & sub reiectũ qnq;. Ad malum quattuor. Ita tota est stellaꝝ uiginti triũ. Quę quare nõ sit tota in mundo collocata prius diximus.





Entaurus. Hic ita figurať:ut in antarctico circulo niti pedib⁹:humeris hyemalē ſuſtinere uideať: capite ꝓpe caudā hydrę cõiungēs:hoſtiā dextra manu tenēs ſupinā:que pedib⁹&extremo ore circulū hyemalē tangit inter eū & antarcticū orbē collocatā. Centauri autē crura a reliquo corpe diuidit circulus qui lacte⁹appellať. Hic ſpectās ad ortus ſignorū:totus occidit aquario & piſcib⁹exortis. Exoriť autē cū ſcorpione & ſagictario. Habet autē ſtellas ſupra caput tres obſcuras. In utriſqꝫ humeris ſingulas claras. In cubito ſiniſtro unam. In manu unam. In medio pectore equino unā. In priorib⁹poplitibus utriſqꝫ ſingulas. Interſcapilio quattuor. In uentre duas claras. In cauda tres. In lūbo equino nnā. In genibus poſteriorib⁹ſingulas.



In poplitibus singulas. Oĩo sunt.xxiiii. Hostia autẽ habet in cauda duas. In pede de posteriorib⁹ primo unã. In utrisq; pedibus unã. Interscapilio unã clarã: & in priore parte pedũ unam. Infra alterã. In capite tres dispositas. Oĩo sũt nomero.x.



Ra antarcticũ circulũ ꝓpe tangẽs: inter hostie caput & scorpionis caudam extremã collocat᷑. Occidens arietis exortu: exoriens cũ capricorno. Hęc habet in sũmo cacumine circuli ubi formatur stellas duas: & in imo alteras. Et ita est omnino stellarum quattuor.



Ara

HYdra trium signorũ longitudinẽ occupans cancri leonis & uirginis: inter ęquinoctialẽ circulum & hyemalẽ collocat̃. Ita tamen ut caput eius contendens ad signum id qđ procyon uocatur: & totius hydrę ꝓprie quarta pars inter ęstiuum & ęquinoctialẽ circulũ uideat̃. Cauda autẽ extrema pene centauri caput tegens: sustinet in dorso Coruũ: rostro corpus eius tangentẽ & toto corpore ad craterẽ tendentẽ: qui satis longo discidẽte interuallo prope inter leonẽ & uirginẽ constitutus uidet̃ inclinatior ad caput hydrę quę occidit aquario & piscib⁹ exortis. Orit̃



autē cū his signis de quib⁹ supra diximus. Habet autē in capite stellas tres. In prima a capitis curuatura sex. sed earū nouissimā clarā. In secūda curuatura tres. In tertia quatuor. In quarta duas In quinta usq; ad caudā octo: omēs obscuras. Ita fiunt numero uigintisex. Coruus aūt habet in gutture stellā unam. In pennis duas. Infra pennā caudā uersus duas. In utrisq; pedib⁹ singulas. oīno sunt septē. Supra primā hydrę curuaturā crater positus habet in labris stellas duas. Infra autē ansas duas obscuras. In medio cratere duas. ad fundū duas. Oīno sunt octo.

Piscis autē qui notus dicit̄ inter hyemalē & antarcticū circulū media regiōe collocatus spectare ad exortū uidet̄ inter capricornū & aquariū ore excipiēs aquā quę fundit̄ ab aquario. Hic occidit oriēte cancro. Exoritur autē cū piscibus. Sed est stellarum omnino. xii.



Piscis

Quę ad figurationē siderũ pertinent: ad hunc finē nobis erunt dicta. Reliqua protinus dicemus.

Clariſſimi uiri Hyginii de quinq; circulorum inter corpora cęleſtia notatione. & planetis. Liber quartus & ultimus.



Voniã in initio ſphęrę circuli qnq; quomodo efficerent oſtēdimꝰ neq; eos corpe ſiderũ innotauimus: & ſi duo nouiſſimi nihil ad ſolis curſum ptinēt: hoc ē arcticos & antarcticos de mediis dicemꝰ. iii. Sed qm̄ aratꝰ quattuor circulis ſphęrã plurimum ualere dicit: neq; eorũ aperte quēq; demonſtrat: uoluntatē noſtrã aper/tius oñdemꝰ. Et quēadmodũ in initio fecimus a boreo polo ſumemus exordium.



Gitˀ ęſtiuũ circulũ unũ de quattuor eſſe dicemus: q therinos tropicos uocatˀ: quo circulo ęſtatē cõfici demonſtrauimus. & ſi nõ nemo dubitat: quare nõ utriq; circuli hoc eſt ęſtiuus & hyemalis uno noīe appellentˀ. iõ ꝙ quē nos ęſtiuũ diximus nonnullis hyemalis fiat: & quo circulo hyemē cõfici diximus: eo circulo aliis ęſtas ſit. Qđ ſi uoluerint intelligere id ad nr̃as collationes mũdi eſſe demõſtratũ: q inter ęſtiuũ circulũ & arcticon ſumꝰ cõſtituti: nõ ad illorũ ſphęrã q ab hyemali circulo antarcticũ habitãtes nobis antipodes dicũtˀ. faciliꝰ ad noſtrã acceſſerit uolũtatē. Si qs eni uoluerit eorũ quos antipodas diximꝰ: q īferiore a nobis circulo conſtituti uidentˀ ſphęrã facere: nõ īmerito noſtrum hyemalē ſibi ęſtiuũ circulũ finxerit. Aut ſi quis ſcriptorũ eorũ mentionē faciēs obſcure uoluerit antipodas demõſtrare: & dixerit qbus ī capricorno ęſtas ſũma: aut ī cancro hyems maxima

fiat: nõ iperita ratione acutissime dixisse uidebit. Qđcũq; enim nostris circulis cõtrariũ dixerit: id illis erit rectũ. Sed ne lõgio re sermone preter cõsuetudinẽ utamur: ad inceptũ reuertamur



N ęstiuo circulo de quo primũ dicere instituimus hęc signa siue partes corũ pspiciunt. Capita gemi/ norũ aurigę genu utrũq; uel sinistrũ Persei crus & humer⁹ sinister. Andromeda aũt a pectore sed ma nu sinistra diuidit. Atq; ita euenit ut caput ei⁹ cum toto pectore & manu dextra uideat esse: inter ęstiuũ & ęquino ctialẽ circulũ: reliquũ aũt inter ęstiuũ & arcticũ fi nẽ. Pręterea in eodẽ ęstiuo circulo: pedes equi pegasi uident positi: & caput a reliquo corpe diuidit oloris: & alę sinistrioris ut uolãtis ps nõ magna. Ophiulc⁹ humeris ut circulũ sustinere uidet. Virgo ppe hũc cõtingens a capite. Inter hũc & ęquinoctialẽ circulos collo cata est ut fulgẽs ad austrũ. Leo a pectore ad lũbos diuidit ut ca put ei⁹ & corpis supiora crurib⁹ ps: inter hũc & arcticũ circulum uideat. Inferior aũt pars iter ęstiuũ & ęquinoctialẽ circulũ. Can/ cer aũt sic diuidit medius: ut inter duos oculos ei⁹: circul⁹ traie ctus existimet. In his signis & hoc: ut ante dixim⁹: circulo cum uehit sol: euenit nobis: q hac inclinatione mũdi utimur: ut sint diei de ptib⁹ octo ptes. v. Noctis aũt tres. Neq; ita tñ ut ex ho/ rologiis sed ex sphęrę ratiõe. Cũ eni sphęrã ita cõstitueris ut cir culus is q arcticus uocat semp appareat. nũq; aũt antarctic⁹ exo riat. atq; ita sphęra est cõstituta. si uoles circulũ ęstiuũ diuidere i ptes octo: ex his iuenies ptes. v. in sphęra apparere. tres aũt in/ fra tanq; sub terra esse. At aliqs dixerit cur sphęrę circulos diui damus i ptes octo potius q; duodecim. aut quot libuerit alias ptes: hic nõ sphęrã sed se fallere hac ratiõe inueniet porro arbi/ tror. Si eni ita fecerit ex ęstiuo circulo ptes. xii. ex his ptes. vii. & dimidiũ ptis apparere. quattuor aũt & dimidiũ sub terra iue/ niet esse. Itaq; euenit ut cũ ad octo ptes addita dimidia sit: simi li ratione ad ptes quattuor. accedat ps dimidia: & fiat supra ter

ram ptes septē & dimidiū ptis. reliquū autē sub terra qđ ē ptes qttuor & dimidiū. Igit oportet intelligere ut nō ī minutis pti/bus & dimidiis fiat, sed certis numeris cōficiat ut euenit in pti bus octo. Pręterea qm̄ sphęra diuisa in ptes.xxx. euenit ut ab ęstiuo ad hyemalē sint ptes octo. nimirū certe eos circulos diui dem⁹ ī ptes octo. Pręterea qm̄ ab ęstiuo circulo ad ęquinoctia/lem sūt partes.iiii.de.xxx.Et rursus ab ęquinoctiali circulo ad hyemalē de ptib⁹.xxx.ptes.iiii.& ita nihilomin⁹ ęquinoctialis ipse p se circulus medi⁹ diuidit:ut dimidia ps ei⁹ sit sub terra de ptibus octo.ptes quattuor & totidē supra:& tota ratio ad octa uam partē pueniat:nō dubiū est quin recte diuidat ī ptes octo. Pręterea cū sol p hos circulos currēs iter annuū cōficere uideat & ab omniū signorū octaua parte:ut posteri⁹ dicemus: incipiat exoriri:ut ad aliud signū transire: neq₃ ulla alia pte signi utatur recte ipsi quinq₃ circuli diuidunt ī ptes octo. Pręterea cū septē sidera ad eundē statū reuertant:quibusdā placuit:ut cuiusmodi dies hodiernus fuerit in solis aut lunę tēpestate:eiusdem modi octauo anno sit futur⁹:uere sphęra quoq₃ diuidet in ptes octo. Pręterea cū uideam⁹ octauo quoq₃ die eiusdē sideris horā pri/mam aut quālibet deniq₃ esse ut cuius hodie fuerit hora prima eiusdē octauā quoq₃ futurā: uerissimū ē ipsā quoq₃ sphęrā unde horę sumunt diuidi ī ptes octo.Sed ne reliqua prętermittamus in hoc occupati:ad ppositū reuertamur.

SEcundus ab ęstiuo ęquinoctialis ē circulus in quo hęc signa & partes eorū pspici possunt. Aries tot⁹ omnibus pedib⁹ innixus uidet. Hunc autē Arat⁹ omniū siderū celerrimū esse demonstrat etiam mi norē arcto: quę breui spacio uertit pręstare: id qđ uelit esse sic poterimus uel facillime ītelligere. Cū sit enī maxi/mus circulus ęquinoctialis in sphęra in eoq₃ aries ut affixus ui deatur. quomodocūq₃ fuerint figurę corporum collocatę ut ad eundē circulū pueniant. necesse est semel uerti sphęrā. Qđ cum

fiat: & aries in maximo circulo & eodẽ tpe ad locũ quo sidera reliqua pueniãt: necesse est eũ celerrimũ dici. sed nos ad circuli effectionẽ ueniemus. & reliqua dicem⁹. in eodẽ tauri genua ut fixa pspiciunt. & si nõnulli ita finxere ut uno genu hoc ẽ dextro nixus: sinistro ppe pede cõtingere uideat: De hoc ĩ medio relinquem⁹. Sed in eodẽ circulo. zona Orionis ut ipso circulo pręcinctus existimet. Hydra flexu a capite primo ut ceruicib⁹ erectis cancrũ cõtingere uideat. & ex ĩferiore corpe hydrę crater cũ coruo uelut fixus esse circulo conspicit. Item paucę stellę chelarũ: eodẽ adiũgunt Ophiulci genua eodẽ circulo a reliquo diuidunt. Aquila sinisteriore pẽna pene cũ cõtingens figurata est. Eodẽq; circulo caput pegasi cũ ceruicib⁹ nitit. His corpibus signorũ ęquinoctialis circulus finit. Quo sol cum puenerit bis uno anno cõficit ęquinoctiũ: hoc est in ariete & chelis. In hac enĩ parte sphęrę & uer & autumnus confici existimat. ita ut uer sit in ariete. autumnus in priore pte scorpionis. Quod signum nõnulli librã dixerunt: per hunc circulũ transiens sol ab ariete ad chelas: efficit sex mensiũ diẽ: his locis q intra arcticũ uident orbẽ. Noctem autẽ his qui antarctico circulo sũt clausi. Quare magis his locis nemo potest durare. Et rursus ab autumno usq; ad Ver: hoc est a chelis usq; ad arietẽ pueniens efficit his locis sex mensib⁹ ppetuis diẽ in quib⁹ ante noctẽ demonstrauimus. Ecõtrario aũt noctẽ his qui boreo polo sũt pximi. Sed de hoc ante dixim⁹. Neq; enĩ mirũ est hac collatiõe sphęrę id euenire. Erecto enĩ boreo polo neq; unq̃ occidente euenit: ut corpora queq; quę ei pxima sũt circulo sero occidere uideãt. Id ex hoc intelligere licebit. Cũ in his partib⁹ sphęrę habitet quę pars est ab ęstiuo circulo ad orbẽ q arcticos uocat. & de arctico circulo hoc ẽ de duabus ursis & dracone. caput draconis maxime niti ipso circulo uideat: ita ut his qui engonasin uocat inter ęstiuũ & arcticũ locat⁹: caput draconis premere intelligat: quicũq; ut ante dixim⁹ ad ipsũ caput draconis habitãt: ita longo die utunt

ut eis ne tertia quidem horę pars in unaquaq; nocte his obtingat. Itaq; Aratus ait.

Item Cicero dicit. qđ caput hic paulũ sese subitoq; recõdit. ortus ubi atq; obit᷒ pte admiscent̃ in una. De hoc Homer᷒ quoq; in odissea ita breuẽ noctẽ eẽ dicit: ut pastores cũ alii exigãt alii reducãt pec᷒: possint ali᷒ aliũ audire: cũ unus ꝑpter noctẽ pecus reducat: alter ꝑpter lucẽ exigat: ʒ nos ad ꝓpositũ reuertamur.

TErtius ab ęstiuo circulo q hyemalis uocat̃: his corporib᷒ & eorũ ptib᷒ finit̃. Nã mediũ capricornũ diuidẽs: & pedes aquarii: p caudã pistricę ut traiect᷒ uidet̃. Diuidit etiã leporẽ fugientẽ a crurib᷒ & q̃dam pte corpis: & canis sequentis pedes: & nauis ipsius puppim: centauriq; ceruices a reliquo corpore diuidit. Scorpionis extrema cauda ꝙ acumen uocat̃: eodẽ circulo coniungit̃. Sagictarii arcus eodem orbe deformat̃. Huius orbis infra terram sunt de partib᷒ octo. partes quinq; supra terrã autem tres. Itaq; it breuior dies nocte ut ante demonstrauimus.

QVartũ circulũ zodiacũ eẽ Arat᷒ demõstrat: de quo ante dixim᷒ & posteri᷒ dicem᷒. Sed arat᷒ nõ ut reliqui astrologi ab ariete. xii. signa demõstrat: hoc est uere incipiente: sed a cancro hoc ẽ ipsa ęstate. Nos autẽ qm̃ ab ariete incipim᷒: ita protin᷒ dicemus. In hoc enĩ circulo sic. xii. signa figurant̃: Aries Taurus Gemini. In his trib᷒ signis uer demõstrat̃: & ęquinoctiũ uernũ. Cancer Leo Virgo. In his signis maxĩe ęstas cõficit̃. Sed sol incipit a uirgine iã transire ad ęquinoctiũ autũnale Chelę. Scorpius Sagictarius. In his trib᷒ signis autumn᷒ efficit̃: & ęquinoctiũ autumnale Capricorn᷒ Aquari᷒ Pisces. In his trib᷒ signis sol hyemẽ cõficere demonstrat̃. Et si nulla sunt signa. xii. sed. xi. ideo qđ scorpio magnitudine sui corporis duoꝝ locũ occupat signoꝝ. E quibus prior ps chelę: reliqua aũt Scorpio uocat̃. Priores enĩ astrologi

cũ oẽs res ad.xii.ptes reuocarẽt.ut mẽses &horas & latitndinẽ signorũ.Itaq; & signa p̱ quę res oẽs significanť.xii. uoluerũt eẽ.



Ed qm̃ septẽ circulis ĩ ꝓhęmio ꝓpositis: de quat/tuor circulis mentionẽ fecim⁹ ne septẽ ex ordine demõstratis:aliqd a nobis obscuri⁹dictũ uideatur de septẽ supant.iii.arcticos:antarcticos & ille qui Lacte⁹uocať.Itaq; de bis dicere incipiem⁹. Arcti/con igiť orbẽ sustinet caput dracõis cũ reliq̃ corpis pte. Cepbe⁹ aũt pectore suo circulũ iũgit. eodẽ orbe nitunť & pedes maiorꝝ Vrsę.Prętcrea sedile cassiopęię cũ pedib⁹ei⁹nitiť ipsi circulo:& de dextro pede genuq; sinistro & pedis priorib⁹digitis ei⁹qui engonasin uocať:& man⁹sinistra boctis exteriori pte circuli p̱/uenit cõiũcta. Ad antarcticõ aũt circulũ puenit extrema nauis Argo. pedesq; cẽtauri posteriores adiungunť. Priores aũt ꝓpe cõtigere. Et ara uideť ꝓpe affixa Eridaniq; fluĩs extrema signi/ficatio.



Eliquũ ẽ nobis diffinire quẽ supra Lacteũ orbẽ de monstrauim⁹.Ipse enĩ diuidit Oloris extremã si/nistrã pennã:quę extra ęstiuũ puenit finem.Pręte rea transit manũ dextrã Persei & ab bumero sini/stro Aurigę pueniẽs sub manũ ei⁹dextrã.Et gemi/norũ genua & pedes ei⁹signi qđ procyon uocať. Hic diuidens ęquinoctialẽ & ęstiuũ circulũ: tangit extremũ finẽ mali: qui in argo naue defixus uideť.Deinde rursus reuertẽs genua cẽtauri diuidit a reliquo corpe & extremã caudã terminat Scorpiõis: & arcũ mediũ Sagictarii:& aqlę dimidiã ptẽ p̱ ei⁹transiẽs pẽnas



Voniã de bisce rebus exposuimus ordine: mun/di rationẽ:& queadmodũ moueať protinus dice/mus:&in.xii.signoꝝ exortu quę deinde corpa cõ sequanť:& quę pueniant ad occasum.Cõuenit no bis mundũ ab exortu ad occasum cõuerti.Ideo ꝙ uidemus stellas exorientes ad occidentem conuerti. Sic enim

primũ poterim⁹ſcire qd ſit exort⁹: & q occaſus. Si qs enĩ noſtrũ aliqs aſtiterit cõtra exorientẽ ſolẽ neceſſe ẽ arctos a nobis a ſi/ niſtris ptib⁹ eſſe. Cũ id ita fiat: illud quoq; neceſſe ẽ ut oĩa e dex tris ptib⁹ exorta: in ſiniſtris occidere uideanť: de quo & añ di/ ximus. Igiť cũ uideam⁹ ſtellas exoriri & occidere: neceſſe ẽ mũ/ dũ quoq; cũ ſtellis uerti. Sed nõnulli aiũt nihilomin⁹ id eueni/ re poſſe: ut ſi ſtãte mũdo ſtellę exorianť & occidãt: qđ fieri non põt. Si enĩ ſtellę uagę feruntur: neq; mũdus ipſe uoluiť: nõ pñt corpa ſtellis figurata ĩcolumia & certa pmanere. Illud enĩ uide/ mus in toto mũdo ſtellas erraticas eſſe. V. neq; horũ curſũ queq̃; poſſe diffinire. Aratũ ipſũ quoq; negare ſe difficiles eorũ curſus interpretari poſſe. quõ igiť cũ. V. ſtellas nemo poſſit obſeruare: tot milia quiſq̃; poſſit puidere: niſi q pmittat hoc: curſus ſtella/ rũ poſſe eſſe & nihilomin⁹ figuras corporũ pmanere: qđ ſi nõ ẽ: tota ſphęra ad irritũ reuocabiť. Quicũq; enĩ ſphęrã fecerit: non poterit efficere ut ſphęra ſtante nihilomin⁹ ſtellę uerſenť. Illud etiã uidem⁹ in extrema cauda draconis ſtellã eſſe: quę in ſe uer tať: & ĩ eodẽ loco cõſtet. Qđ ſi oẽs ſtellę uagę ferunť: hanc quo/ q; loco moueri neceſſe eſt: qđ nõ euenit. Igiť neceſſe eſt mundũ quoq; nõ ſtellas uerti. Quoniã oſtendim⁹ mundũ cum ſtellis q̃; potius ſtellas p ſe uerti: nũc reliqua dicemus

CVm enĩ traditũ ſit nobis prius noctem q̃; diẽ fieri noctẽ dicem⁹ umbrã terrę eſſe eãq; obſtare lumini ſolis. Et ſi nõnulli dixerunt in ſolis curſu euenire: ut cũ puenerit ad eũ locum ubi occidere dicať: ibi montiũ magnitudinẽ a nobis lumẽ auerti ſolis & ita noctẽ uideri. Qđ ſi ita ſit. nimirũ eclypſim ſolis uerius q̃; no ctem dixerim⁹. Sed aliter eſſe ex ipſa ſphęra licebit intelligere

ORizon enĩ diuidens ea quę uidenť: & quę nõ ap/ parent. ita diffinit ſphęrã: ut ſemp ſex ſigna de. xii in Hemiſphęrio uideantur ſupra terrã. ſex autem ſigna ſint infra ſub terra. Igitur cum ĩ uno eorum

sol nixus ferri uideat: ab eo circulo qui orizon uocat exoritur. Itaq incipit lucere. Cũq nihilominꝰ ipse mũdus uertat cũ reliquis signis. Sed quo faciliꝰ intelligat: ponamꝰ solẽ esse in ariete a quo. xii. signa instituimꝰ numerare. Igit cũ sol sit ĩ ariete exoriente dies est: q cũ uertẽte se mũdo puenit ad eũ circulũ q mensembrinos uocat: efficit diei partẽ dimidia. Sed sic etiã facilius intelligit. & rursus ab eodẽ ariete incipiemꝰ. Cũ aries est exortus: pter eũ signa sũt in supiore hemisphrio. Pisces Aquarius Capricornꝰ Sagictarius Scorpio. Horũ cũ tria signa occiderint: hoc est Scorpius Sagictarius Capricornus. exorta sunt tria quę arietẽ sequunt. hoc est Taurus Gemini Cancer. Tũ fieri dimidiũ diẽ necesse est: & arietẽ puenire ad eũ: quẽ mensembriũ esse circulũ supra diximꝰ. Cũ autẽ cũ reliqs signis ipse aries occidit: & exortus ẽ Leo Virgo: tũ chelę exoriunt: & in supiore hemisphrio ariete occidẽte uehunt. Quę cũ occiderint: rursus aries exortus efficiet lucẽ. Sed ne in dubiũ ueniat: cũ ariete occidente dixerimus chelas exoriri: qd de reliqs signis sine sphera posset intelligi: sic inueniet. In quocunq signo sol fuerit exoriens qdcũq ab eo signo septimo loco fuerit: id noctu primũ exorietur & ita cõficiet cursum. Mũdus enĩ ipse semel in die ac nocte uerti uidet. Itaq euenit ut ipsa signa. xii. semel ĩ die ac nocte uideri possint. Sed ne solis cursꝰ: de quibꝰ postea sumꝰ dicturi: potius q̃ qd ante cępimꝰ enumeremꝰ: ad inceptũ reuertemur. Diximus enĩ principiũ mũdi esse noctẽ: deinde diẽ. Inter noctem & diẽ pter umbrã terrę nihil interesse arbitramur. Sed qm̃ signorũ supra & corporũ exortus instituimꝰ ad hoc perueniemus.



Gitur uertente se mũdo p utrosq polos & Axem quem supra dimẽsionẽ sphrę diximus esse: & ita sphra collocata: ut unus polus semp sit supra terram: alter nunq̃ exoriat necesse est: Arctus quoq & reliqua corpa quę sunt in arctico circulo nunq̃ occidere: reliq̃ autẽ omnia exoriri & occidere: qd inferiora sũt

ab eo circulo quem nunq̃ȝ occidere diximus. Id enī posse fieri hęc edocet causa. Videmus caput extremū draconis: qđ maxi/ me arcticon extra circulū prominet: quodā tēpore ita occide/ re existimat̃: ut exortus cū occasu pmisceat̃: ut & ante diximus Si autē pars aliqua occidere de sūmo circulo uidet̃: necesse est omnia: que sūt inferiora exoriri & occidere. Igitur cōuenit no bis sidera uertēte mūdo occidere & exoriri. Pręterea hac incli natione cęli: cū unus circulus ita sit erect⁹ ut nūq̃ȝ occidat. alter ita sit terrę subiectus: ut nūq̃ȝ exoriat̃: quicūqȝ circuli fuerint in sphęra: hoc est ab ęquinoctiali ad polum: qui Boreus appellat̃: nullus erit eorum qui nō maiorem partem circūductionis ha/ beat supra terram. Qui autē ab ęquinoctiali fuerint circulo ad eū polum qui notius appellatur: omnes inferiorē partē maio/ rem habebunt q̃ȝ superiorem. & quanto magis ad polū notium accesserint: hoc maiorē partem sub terra habere pspicientur. Et quanto magis ad boreū finē uenerint: hoc maiorē partē circuli supra terram tenere uidebunt̃. Quo enī erectior ipse polus fue rit hoc magis & circuli ei⁹ erectiores uidebunt̃. Quod cum ita sit: si duo sidera simul fuerint orta: unū ab arctico: alterū ab an/ tarctico circulo: seri⁹ occidet: id sidus qđ ab arctico circulo fue rit exortū. ideo ꝙ maiorē habet circūductionē sphęrę: q̃ȝ quod a notio polo est ortū. si autē simul occiderint: serius exoriet̃ id signū quod ab antarctico fuerit exortū: ideo qđ tota illa colla/ tio mūdi maiorē partem habeat sub terra: q̃ȝ illa pars quę in bo reo polo est finita. Et nō modo signa quę sūt ad arcticū finē col locata: pręstantib⁹ corporibus: aut serius occidunt: aut ante ex/ oriunt̃ q̃ȝ ea quę notio polo depinxim⁹. Sed ipsa quoqȝ corpo/ ra inter se dissentiūt: ut si qđ inferius sit signum: & id cum supe riore exoriat̃: tamen serius occidat. Econtrario itaqȝ si qua sunt signa ab ęquinoctiali circulo ad notiū polū figurata: hoꝝ si qua signa pariter exorta fuerint: citius occidēt quę ꝓxime polū ac/ cedāt. Euenit etiā ut nō modo quę simul sint exorta sidera ex

bis ſerius occidãt: quę ꝓxime arcticũ circulũ ſũt collocata. Sed etiã ſi qua eorũ ante exorta fuerint: quę ſũt ad notiũ polũ fini/ta: tñ ante occidãt: q̃ꝫ ea corpa quę in Boreo polo figurata eſſe ſupra demonſtrauim⁹ iõ qꝺ maiore circũductione ſphęrę utunť ea corpa: quę ab equinoctiali circulo ad arcticũ finē ſũt cõſtitu/ta. Igiť oſtendim⁹ qua inclinatiõe mũdi ſphęra ſit cõſtituta. Nũc ad. xii. ſigna reuertemur. & quoꝝ exortu quę de reliqs corpib⁹ occidant aut orianť cõmemorabim⁹: & initiũ ab ariete faciem⁹



Rietis exortu: ſiniſtra pars andromedę ꝓuenire. Ara autē occidere uideť. Cũ eodē ſidere exoriť & perſei caput uſq; ad umbilicũ: ut dubiũ fore uidea tur: zona ei⁹ utrũ uſq; extremo ariete an tauro pri mũ exoriente ꝓdeat ad lucē. Tauro aũt exorto quę pri⁹ dubia fuerũt oïa ſũt certa. Nã & ara oĩno occidit: & per ſeus tot⁹ ē ortus: & aurigę caput cũ reliquo corpe dũtaxat: ad ſi/niſtrũ pedē uideť. & piſtrix a cauda exoriēs pſpiciť. Hoc ſigno primũ occidere boetes uideť & ſi cũ q̃ttuor ſignis occidit: neq; tñ totus ad terrã põt uenire. Nã man⁹ ei⁹ ſiniſtra circulo arctico cõcluſa: neq; oriť neq; occidit. Geminis exorientib⁹ tota iã pi/ſtricis & fluminis Eridani prior pars apparet: & orion exoriri uideť. Occidit aũt Ophiulcus a pedibus genuũ fine. Cancer exoriēs obſcurat dimidiã partē Coronę: piſtriciſq; caudã: & no tum piſcē: & caput cũ reliquo corpe ad umbilicũ ei⁹ qui engona ſin uocať. Ophiulcũ a genib⁹ ad humeros: & anguē totũ pręter caput & ceruicē: quę ex ęſtiuo circulo tendit ad coronã. Boetē ꝓpe totũ: terra tenet tectũ. Exoriť aũt & orionis corp⁹ ad zonã & eridan⁹ totus apparet. Exortu leonis reliq̃ pars occidit co ronę: cũ capite & ceruicib⁹ anguis & ophiulco. Engonaſin autē qui uocať ei⁹ pręter ſiniſtrũ genu & pedē nihil apparet. & Boe/tes tot⁹ obſcurať. Exoriť aũt caput hydrę cũ lepore toto. & pro/cyon cũ pedib⁹ prioris canis: & aquila tota. Virgo autē exo/riens: nõ pauca ſidera obſcurat. nã ſtatim lyra occidit cũ ſagicta

& delphino:& Oloris a capite corpus usq; ad caudã prope oc/
cidit:&fluminis prior pars & equi caput cũ ceruicib⁹.Exoritur
autẽ hydra fine crateris:& canis totus:&nauis argo fine totius
ueli. Chelis exorientib⁹uidet̃ & boetes exoriẽs totus:& to/
ta nauis apparet argo. hydraq; pręter cacumen extremũ caudę
qđ est sub terra.Exorit̃ etiã genu & sura ei⁹ dextra:qui engona
sin uocat̃. Hunc eadem nocte occidere & exoriri licet uidere.
Reliquũ autẽ corp⁹:cum Scorpionis &Sagictarii ꝓuenit parte.
Pręterea cũ chelis exorit̃ cauda cẽtauri:Occidit reliquũ Pegasi
corpus:& oloris extrema cauda:&Andromedę caput cũ umbi
lico pegasi:& pistrix reliquo corpe ad ceruices:ut caput eius so
lum uideat̃:& caput cephei pendẽs ad pistricis occasũ cũ mani/
bus & humeris ꝓuenit ad terrã. Scorpione exoriẽte duę par
tes fluminis occidũt: & reliquũ corpus andromedę cum capite
Cephei. Occidit etiã cepheus capite ad humeros: quę pars est
extra arcticũ circulũ cõstituta: obscurat̃ etiã cassiopęia resupina
ta occidens.Exorit̃ autẽ corona quę ante centauri pedes iacere
existimat̃:& hydrę reliquũ:qđ caudã esse supra dixim⁹.Proue/
nit etiã & corpus centauri: qđ equina figura uidet̃:& ipsius ho
minis caput:& hostia quã tenere eũ supra diximus. Deniq; ad
id corpus qua fine pedes ei⁹ sũt priores.Ophiulci autẽ dũtaxat
caput exorit̃:& ipsius anguis caput:qđ est contra cancrũ. Sa/
gictariũ exorientẽ. Ophiulcus tot⁹ exoriẽs insequit̃:& anguis
qui ab eo tenet̃:caput eius:qui engonasin uocat̃.Et sinistra ma/
nus eiusdẽ. Deinde lyra tota cũ Cephei capite & humeris exit
ad lucẽ. Occidit autẽ canis maior cũ Orione toto & lepore: &
aurigę sũpiore parte corpis.Pręterea caput & pedes eius.Occi/
dit etiã totus Perseus pręter crus & pedẽ dextrũ. Argo autem
puppim solã relinquens: ꝓuenit ad terrã. Capricornus exo/
riens:hęc sidera ad terrã premere uidet̃:reliquã figurã nauis &
signũ qđ procyon uocat̃.Eodẽ tpe & reliquũ corp⁹occidit Per/
sei. Exorit̃ autẽ Olor cũ aquila & sagicta: & ara quã ꝓximã esse

notio polo diximus. Aquarius exoriens: ad dimidiã partẽ corporis equi pedes secum de terra ducit: & caput cum ceruice pegasi. At etiam centaurus a cauda ad humeros uirilis corpo/ris occidit: cum hydrę capite: & ceruicibꝰ. Piscibus exorien/tibus: occidit reliquũ hydrę corpus: & ipse Centaurus. Exorit autẽ piscis qui notius uocatur: & andromedę dextra pars cor/poris.

De Sole & luna: ac cęteris planetis.



Ic igit exorientibꝰ. xii. signis: reliqua corpora oc/cidere & exoriri uident. Sed ut ante diximꝰ: nũc protinus de solis cursu dicemus. Necesse ẽ enĩ so/lem: aut ipsũ per se moueri: aut cum mundo uerti uno loco manentẽ. Quod si maneret: necesse erat eodẽ loco occidere & exoriri. a quo pridie fuerit exortꝰ: quẽ/admodum signa eodem loco semp oriuntur & occidunt. Pręte rea si ita esset: necesse erat: dies & noctes oẽs ęquales esse: ut q̃ꝫ longus hodiernus dies fuerit: tam longus semp sit futurus. Itẽ nox simili ratiõe semper ęqualis permaneat. Qđ quoniam nõ est: illud quoqꝫ necesse ẽ cũ uideamus esse dies inęquales: & so/lem alio loco hodie occasurũ: & alio heri occidisse. Si igit aliis locis orit & occidit: necesse est cũ moueri: nõ stare. Solem autẽ contra mundi motum currere: sic possumus intelligere. Euenit enĩ ut duabus ex causis sidera nõ possimus uidere. Quarũ una est cum abierint infra terrã: nostrũ quoqꝫ effugere cõspectũ: ita ut inferius hemisphęrio ostendit. Altera autem est ratio: quod ꝓpter fulgorem solis & uim maximã luminis sidera obscuren/tur. siue quod stellis obsistit: ne candor earũ ad nostros perue/niat aspectꝰ: siue sua magnitudine luminis officit oculis nostris ne pręter eius ignem aliam rem superiorem ꝓspiciamus. Quod magis uerisimile uidetur. Neqꝫ enim solis ignem eiusmodi ui/demus. cuiusmodi reliquos ignes intelligimus. Sed ita lumen auertit nostrum: ut ipse quoqꝫ nobis non igneus: sed albus esse

uideatur. Pręterea in unaquaqꝫ nocte.xi.signa necesse est appa rere.ideo ꝙ uno signo sol ipse nixus:iter cõficere uidetur: cui⁹ figuram corporis ipse suo lumine obscurat.Cum eo enim signo & occidere & exoriri uidetur. Nõnulli dicunt nos.xii.signa dũtaxat hac ratione ꝑspicere posse:si in ei⁹ signi prima nouissi/ maqꝫ ꝑte cõsistat.Habet enĩ.xii.signa partes eiusdem modi: ut unũquodqꝫ eoꝝ in longitudine habeat partes.xxx. In latitudi ne autẽ ꝑtes.xii. Itaqꝫ euenit ut in longitudine signorũ annus sit.In latitudine autem singuli dies sint.In prima parte signi ni hilominus nos reliquũ corpus eius signi uideri posse nonnulli dicũt.Simili ratiõe & si fuerit in extrema ꝑte signi: qđ fieri nõ potest.Nã cũ sol sit ĩ qualibet ꝑte signi & exoriat̃:ita magnũ ui/ detur habere fulgorẽ:ut oĩa sidera obscuret.Illud tamen potest euenire:ut cũ sol sit in prima partę signi & occidat: reliquũ cor pus ei⁹signi appeat.Sed certi⁹& ueri⁹est.xi.signa q̃ꝫ duodecim apparere posse. Pręterea querit̃ quare sol cõtra mũdi inclina tionẽ currẽs:uideat̃ cum ipsa sua sphęra occidere & uerti.Nã si sol contra siderũ occasũ curreret.De ariete ad pisces:nõ ad tau/ rũ trãsiret. Exoriri etenĩ ante pisces q̃ꝫ aries occidere ꝑspiciunt̃ & ita mũdus uerti uidet̃:ut prius pisces q̃ꝫ aries occidant.Itaqꝫ dieb⁹.xxx.sol in ariete currens:& ei⁹corpus obscurans:sic dũ/ taxat apparet sol:ut ex eo loco quo aries exoriri uideat̃. & p⁹ triginta dies sol uideat̃ ab eodẽ loco surgere:ex quo loco taur⁹ ante exoriri uidebat̃. Igit̃ apparet solẽ ab ariete ad taurũ trãsire Quod si ita est: necesse est eum contra mundi inclinationẽ cur rere. Quare autẽ euenit ut ante diximus:ꝙ uidetur cũ mundo sol uerti. Eius similis hęc causa est:ut si quis ĩ nauiculę rostro se dens:inquirat ad puppim transire:&nihilomin⁹ipsa nauis iter suũ conficiat. Ille quidem uidebit̃ contra nauiculę cursum ire: sed tamen eodẽ perueniet quo nauis. Hoc autẽ sic etiam faci/ lius intelliget̃.si nauim diuiseris in partes trecentas sexagintaꝫ quẽadmodũ sol diebus.ccc.lx.simul mundum transigit.eodem

modo ut ante diximus si nauis sit diuisa: & i una parte de.ccc. lx.constituat quilibet eorum. Nauis autē habet unius diei cursum: ille quidē contra nauim ire. Sed cū ea ad locum definitum puenire intelligeret. Nō enim extra nauim est: quia rostro ad puppim transit. Sed ipsa uaui continet. Item sol cum p ipsū mūdum iter conficiat: & eo contineatur: uidet contra mundū ire: sed cum eo puenit ad occasum. Cum enim mundus trecencies & sexagies se conuerterit: tunc sol iter annuū conficit.






Voniam de sole quę uisa sunt nobis utilissima esse litteris mandauimus. Nunc de luna dicemus. Et si alta conati perscribere: uelut natura uoluminis ad hoc loci deuenimus: ne nõnullis incaute hui⁹ ra/ tionem relinquẽtes : aut propter magnũ laborem deficisse: aut inscientia superati: nõ ualuisse persequi uideamur Nos autem nõnullorum existimationis timendę causa ꝑsequi & consuetudinis nostrę rationẽ demõstrasse. Sed quod alteri⁹ queri uolumen hoc ꝑlecto nõ uoluimus: nec tamdiu rem cogi tatam scripto aliorũ ad desideriũ adducere. Pręterea cũ reliqua omnia diligentissime persecuti fuerimus: alienum uidetur esse nos nõ eandem ꝑsequi causam. Quare sicut ante dixim⁹ ad in/ cęptum reuertemur: & necessario totidem uerbis de luna ac so le dicemus ita. Lunam a sole ꝑ alios exortus & occasus. necesse est moueri: nõ stare. Idq; facilius q̃ȝ de sole licet ĩtelligere: neq; enim tam magnus ardor eius est ut officiat oculis nostris: neq; ut sol dies. xxx. unoquoq; signo uehitur: ut difficile sit intelle ctu quanta particula luminis: aut ipsius signi superesse uidetur cum ad aliud transierit signnm. Lunam enĩ cum. xii. signa die/ bus. xxx. percurrat: licet intelligere duobus diebus & sex ho/ ris. in alio signo esse. Hanc autem cum a sole lumen accipiat: & ita nobis lucere uideat᷑: nõ est uerisimile: de tam multis causis potius eam constare q̃ȝ moueri. Si enĩ suo lumine uteret᷑: illud quoq; sequebat᷑: eam semper ęqualem esse oportere: nec die tri cesimo tam exilem: aut omnino nullam uideri. Cum enim to/ tum transegerit cursum. sola autem ad aliud transire signum in telligatur. Pręterea si suo lumine uteret᷑: huius nũq̃ȝ eclypsin fie ri oportebat. Sed ne dubiũ fiat quare solis eclypsis fieri possit: qui utrisq; lumen dare supra sit dictus. Lunę autẽ nõ facile fiat: cum alieno lumine utatur. Eius hęc uerissima: ut arbitramur: ẽ causa. Luna enim cum ex toto mũdo & omnibus stellis maxi/ me terrę proxima uideat᷑: & ad acies nostras ꝑueniat. Et quodã

tempore torrens perueniat ad eundem locū signi quod sol uehit obscuruare lumen eius a nostro conspectu uidetur. Hoc autem maxime euenit die nouissimo cum luna transierit ī duodecim signa. Et cum sol ad aliud signum transire uideatur: & proxima fiet illi. Quod euenire. sic etiam potest ītelligi: ut si quis alicui manum planam ad oculos admouerit quanto magis sic fecerit: hoc minus ille uideri poterit: & quanto longius ab eo discesse rit: hoc magis illi omnia poterunt apparere. Simili ratione. cū luna ad solis locum peruenit: tunc proxima eius uidetur esse: & radios eius obturare: ut lumen emittere nō possit. Cum autē luna ab eo loco discesserit: tūc sol lumen eiicit: & ita ad nostra adiicit corpora. Lunę autem eclypsis sic euenit: cum prope una dimensione sit luna cum abierit sol sub terrā dūtaxat hoc mo/ do: ut p mediam terram si quid directum traieceris contingere possit solem sub terram. Lunam autē supra terram. Quod cum ita euenit: necesse est solis radios propter magnitudinem terrę ita esse dimissos: ut lumen eius quo luna lucet non possit ad eā peruenire: & ita existimatur fieri eclypsis lunę. Quę si suo lumi ne uteretᷣ: licebat ne apparere quidem nunq̄ solem. ideo ꝙ lu/ na nihilominus luceret. Sic nanq; accipit lumen: ut luceat cum sol uenerit per terras: sed nō ut aliquem locum conclusiorē to/ tumq; spaciū impleat lumine. Si quis nostrum steterit in eo lo/ co: quo sol maxime lucet: reliquis partib⁹ lumen a sole accipiēs prębebit. Id in luna fieri inuenitur. Eam solis lumine accepto. lucere nōnulli existimant reuibratione. Cū dicitur sol in ariete aut in quolibet signo esse cum supra ipsas stellas arietis iter fa/ cere. Qui autem hac ratione utuntᷣ. longe a uera ratione errant Nam neq; sol neq; luna proxime sidera apparent. Hac etiā de causa nōnulli septem stellas erraticas finxerūt. adiungentes eo dem sole & luna: qđ cum quinq; stellis feruntur: Luna enī pro/ xime terra est. Itaq; diebus. xxx. totum mundum existimatur trāsire. Id hac euenit ratione: si circulos qs intra zodiaci ambi/


tum fecerit:eosq; sic hoc interuallo finxerit: ut terra sit in me/
dio:& unam a terra ad lunā mensionem fecerit: q̄ȝ greci τωνομ
appellauerunt. Hunc autem quia nō certum spacium potuerūt
dicere: tonon dixerūt. Hac igitur re: ꝙ breuissimo circulo de/
uehitur diebus. xxx. ad primum peruenit signum.




B hoc circulo abest circulus tonon dimidiū: quo loco Mercurii sidus uehitur. Itaq; dieb⁹.xxx. ad alterum signum transiens. Tardius ab hoc circulo abest tonon dimidiū: quo loco iter suum ueneris dirigit astrum. Tardius q̃; Mercurii stella confi/ciens cursū. Trāsit enim ad aliud signū diebus.xxx. Supra hu/ius stellam solis est cursus qui abest ab hespero: quę est ueneris stella medietate toni. Itaq; cum inferioribus pariter peruolans uno anno idest duodecim. signa pcurrit tricesimo die ad aliud transiens signum. Supra solem igit̃ & eius circulum Martis est stella quę abest a sole tono dimidio. Itaq; dicitur diebus.lx.ad aliud signū transire. Hunc orbem supra Iouis ē stella: quę abest a martis hemitonio. Itaq; uno anno ad alterum transit signum. Nouissima stella saturni quę maximo uehit̃ circulo: hęc autem tono distat a Ioue. Itaq; annis.xxx.xii pcurrit signa. Ab Ipsorū tamen siderum corporibus Saturnus abest tono uno & dimi/dio. Hac igitur ratione potes scire neq; solem neq; lunam con tingere stellas: & nihilominus p zodiacū circulum uerti. Hinc etiam possumus intelligere: lunam minorē eē sole. Omnia quę proxima sunt nobis maiore necesse est esse: q̃; quę longo disce dente interuallo uidemus. Igitur lunā uidemus proxime nos esse. Neq; eam maiorē nostro aspectui esseq̃; solem. Illud quoq; necesse est cum sol nō longe absit a luna: & a nobis maior uide tur. si prope accesserit: multo maiorē futurum. Prętera necesse est ut ante diximus: aut nullam stellam erraticā esse: aut solem pariter cum luna ut reliquas stellas errare. Si enim quisq̃; mihi potest demonstrare quinq; stellarum cursum & dicere: ꝙ hodie queq; coram ad aliud transeat signū: queadmodū de sole & lu/na fieri uidemus. & nihilominus suū efficit cursum nō est erra/tica. Si autē dubium est qđ hodie transeat: & ad aliud signū cō/pari ratione cum luna feratur. & suū circulum dirigat: quemad/modum stellę quę sūt dubię. necesse est has quoq; errare. sed nō

euenit ut errent prȩsertim cum suo tempore ad cursum reuer-tant. Igitur ne stellȩ quidem: cũ certo tempore ad suum signum reuertant: possũt errare: nisi forte uolumus accipere excusatio-nem qđ duo corpora magna facilius possũt obseruari: q̃ȝ singu-lȩ stellȩ: quȩ nõ certos cursus conficienres uident apparere.

SEd stellas quinq; nonnulli has aiunt esse Veneris Mercurii: Iouis: Saturni & Martis. E quibus esse maximã colore candido: nomine hesperũ: & eam appellari Venerem. Hęc stella nõ abest a sole lon-gius duobus signis subter eius circulum colloca-ta: sicut ante diximus.



Apparens autem maxime noctu. sed toto mense nõ plus inde
ficiens potest uideri. Sed totus hesperus incertos efficit cursus
nõ eodem tempore ad pręteritũ transiens signum.



Secunda stella est Mercurii nomine Stilbon totus
acuto lumine: sed in aspectu nõ magnus. Hic autẽ
a sole nõ longius abest signo uno. Qui semp eos-
dem cursus efficiẽs: modo nocte prima: modo aũt
ad solis exortus incipit apparere: nõnunq̃ꝫ etiam
ꝑpetuo: sign is. iiii: est cum sole: rediens autẽ cum sole: non am-
plius est q̃ꝫ tertiam partem signi.



IOuis autē stella nomine Phętonta: corpore ē magnus. Figura autem similis lyrę. Hic autem. xii. signa ānis totidē transigere existimat: & unoquoq; anno nusq; apparere dicitur: nō minus dies. xxx. nō plus. xl. Sed tunc maxime obscuratur cum occidit cum sole. Exoriens autem apparet anteq; sol.





Olis ſtella nomine Phaeton: corpore eſt magno: colore autē igneo: ſimilis eius ſtellę: quę eſt in humero dextro Orionis. Hic p.xii. ſigna aſſidue ferri uidet. nōnunq̃ȝ etiā cum ſolis ipſius ſiderib⁹ apparet: modo aliis partibus adiectis circuli. Hanc ſtellam nōnulli Saturni eſſe dixerūt. Redire autem ad ſignum annis.xxx.& quotānis nō apparere. Nō minus dies.xxx.nec amplius.xl.





REliquũ est nobis de martis stella dicere: q̃ nomine Pirois appellat᷑. Hęc autẽ nõ magno est corpe: sed figura similis est flãmę. Nõnunq̃ȝ autẽ cũ ipsi⁹ solis sideribus concurrens: omnia puolat signa: sedens ad primũ signum nõ longius biennio.





QVod ad q̄nqȝ stellas attinet: hucusqȝ satis arbitramur dictũ. Nũc autẽ demonstrabim⁹ quib⁹ de causis menses intercalent᷑. Quoniã tẽpus oẽ metimur die & nocte, mense & anno. Quib⁹ diẽ nobis diffinierũt. q̃ȝdiu sol ab exortu ad occasũ pueniat. Noctis autẽ spaciũ constituerũt esse. q̃ȝdiu sol ab occasu: rursum ad exortũ reuertat᷑. Mensẽ autẽ q̃ȝdiu luna zodiacũ circulũ pducat Annũ autẽ uoluerũt esse: cũ sol ab ęstiuo circulo redit.

Iacobus Sentinius Ricinensis lectoribus fęlicitatem.

SI quis ades sacrũ cyrram conscendere montem
Qui cupias: musas uel coluisse nouem:
Scito prius q̃ȝ sis redimitus tempora lauro
Esse opus Astrorum cognitione tibi:
Quodq; ita sit uatum testes monumenta priorum.
Sunt: quibus in cunctis sidera cuncta micant.
Agricolas aliis positis nam respice librum
Quo docuit terras uertere rite Maro:
Inuenies illic tot tempore sępe sereno
Quod cęlum spectans sidera nocte uides.
Arma per ethmathios campos qui scripsit: & ille
Carmine meonio sidera plura sonat.
Exul quiq; fuit ueneris quia tradidit artes
Inseruit fastis sidera quęq; suis.
Vtq; alios taceam nullus mihi crede poeta
Est bonus astrorum cognitione carens.
Quęris ubi inuenias a quo uel discere possis
Sidera tam docti quę cecinere uiri.
Ecce opus: Hyginius quo nunc quot sidera mũdus
Altus habet: tot nos sidera nosse docet:
Quidq; sit inferior mundus: quid sphęra: quid axis:
Quid centrum sphęrę: quid sit uterq; polus:
Aurea mala ferox serpens qui plura puellis
Seruabat: quid sit Arctophilaxq; ferus:
Hinc Elice quid sit: uel quam tyrus aspicit arcton
Noscere tu nunc sit quid cynosura potes.
Perseus andromedę monstro religata marino
Cunq; meduseo lurida gorgon equo
Gnosia cum fulua fuerat redimita corona.
Qua prius: & magno structa sonore lyra

Engonasis cepheo cum Cassiopeia magno:
Et Nemesin fallens corripiendus Olor:
Atq; Aquila: Heniochus: Delphin: Deltoton: & ille
Quem cingit Serpens: atq; Sagicta simul:
Bis sex post istas cęlestia signa figuras:
Cetus: & Eridanus: & Lepus: atq; Canis:
Et Procyon uates multum cantatus Orion:
Ara quoq; a magno condita sacra deo:
Argos: phyllirides medica doctissimus arte:
Hydra: uia & quę nunc lactea nomen habet:
Pluraq; in hoc paruo narrant mixta libello
Quę sunt in stellas corpora uersa nouas:
Quinetiam causę cur sic mutata fuerunt
Monstrantur: faciles omnibus atq; domus.
Hunc igitur quisquis doctas coluisse sorores:
Hunc eme uel quisquis sidera nosse cupis:
Hunc lege qui latios optas uel nosse poetas:
Hunc lege uel Rhetor qui bonus esse uelis:
Hunc legat omnis amans: legat hunc quicũq; labores
Sustinet: atq; illud ponere tentat onus.
Attamen ingrati ne uos possitis haberi
Quo nihil in mundo turpius esse potest:
Dicite post messem uiuat per Nestoris annos
Vtile qui nobis tam bene pressit opus.

Anno salutifere incarnationis Millesimo quadringentesimo octogesimo quinto mensis Ianuarii die uigesima secunda. Impressum est pręsens opusculũ per Erhardũ Radtolt de Augusta. Venetiis.

I